CRITIAE TYRANNI
CARMINUM
ALIORUMQUE INGENII MONUMENTORUM
QUAE SUPERSUNT.

DISPOSUIT ILLUSTRAVIT EMENDAVIT

NICOLAUS BACHIUS
PHILOSOPHIAE DOCTOR ARTIUMQUE LIBERALIUM
MAGISTER.

PRAEMISSA EST CRITIAE VITA A FLAVIO
PHILOSTRATO DESCRIPTA.

LIPSIAE 1827
SUMPTIBUS FRID. CHR. GUIL. VOGELII.

VIRO

INGENIOSISSIMO AC NOBILISSIMO

LIBERO BARONI

GUILELMO DE HUMBOLDT

AUGUSTISSIMI BORUSSORUM REGIS MINISTRO
EXCELLENTISSIMO

ΑΝΤ' ΕΥΕΡΓΕΣΙΗΣ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΩΝ ΑΓΑΘΩΝ.

ἐπεὶ ψάμμος ἀριθμὸν περιπέφευγεν·
ἐκεῖνος ὅσα χάρματ᾽ ἄλλοις ἔθηκεν,
τίς ἂν φράσαι δύναιτο;

ΠΙΝΔΑΡΟΣ ΟΛΥΜΠ. Β.

Petivi abs TE, VIR EXCELLENTISSIME, ut TUO nomini inscribere mihi liceret libellum, quo tractandas mihi sumpsissem CRITIAE ATHENIENSIS Carminum aliorumque ingenii monumentorum reliquias. Neque solum pro innata TIBI generositate explevisti omnem expectationem desiderii mei, idque litteris, quas ante diem tertium Nonas Septembres ex villa TUA Tegeliensi ad me misisti, sed commentationem quoque, ad indicendum Gymnasii nostri Examen publicum DE CRITIAE TYRANNI POLITIIS ELEGIACIS (Vratislaviae 1826. 4.) speciminis loco scriptam, benevole clementerque excepisti, novo insuper suffragatus proposito meo, ita ut timide quidem vel potius verecunde, paullo tamen confidentius hanc qualemcunque scriptionem TIBI tradere ausim.

Ad quod quidem opusculum construendum quidquid opus fuit materiae, id potissimum debeo Bibliothecae locupletissimae, quae in litterarum Universitate Viadrina summis humanissimi ac doctissimi WACHLERI auspiciis floret: neque opem tantummodo una cum hoc viro perofficioso FRANCISCUS PASSOVIUS, candidissimo hospitio integerrimaque me complexus familiaritate, sed con-

silium quoque promptissime mihi dedit roganti. Eaque ratione tanquam fundamento iam posito, illam farraginem disponere, illustrare atque in unum quoddam corpus redigere aggressus sum horis subsecivis, quas mihi otium praebuit docendi muneribus interiectum. Fastigium denique impositum est operi in hacce Augustissimi Saxonum Regis sede celeberrima, ubi, licet non omnino mihi suppeditaverit Bibliotheca publica, si quid positum erat in votis, hoc tamen assequutus sum, ut libros quosdam, qui Vratislaviae desiderantur, inspicere atque in usum meum admittere fas esset ac per leges liceret. Omnem vero expectationem superavit IULII SILLIGII candida humanitas, quippe qui qualicunque officio omnique studio desideriis meis obsequutus, parem doctrinae subtilis animique sinceri prae se tulerit speciem; similiterque C. A. BOETTIGERUS, artis antiquae interpres elegantissimus, et librorum pretiosorum mihi porrexit copiam, et singulariter me commendavit H. HASIO, asservandis antiquis statuis praefecto, cuius eximiam ab Hermanno *)

---

*) Ad Euripidis Fragmenta duo Phaethontis p. 3 sq.

iam laudatam humanitatem me quoque cognovisse aperte et ingenue confiteor.

Itaque in hac urbe, quod superiore anno Berolini et in Regiis et in TUIS aedibus, vir generosissime, mihi erat concessum, artis monumenta praestantissima quaeque iterum iterumque intuendo cognoscere et admirari solebam. Primum ingredienti signorum antiquorum Museum sese mihi obtulit opus illud anaglyptum, in quo Hercules proponitur tripodem Delphicum deportaturus, ab Apolline deprehensus idemque superatus: gressus intendenti obiicitur antiquissimum illud Minervae signum, cuius quid significarent imagines duodecim camporum tractu inde a sinu descendentes, equidem explicare conatus eram in commentatione DE SOLONE POETA: mox aspicere licet statuas Herculanenses, ex quibus una, sive dea sive mortalis, verecundae pulcritudinis ac maiestatis sempiternam ostendit imaginem. Sed quid multa? Ariadnae in rupe Naxia deplorantis se abs Theseo derelictam quis unquam poetarum speciem expressit illa veriorem, quam sculptor lapidi commisit duro atque rigido? Qualis est varietas ac descriptio ἤθους τε καὶ πάθους, per omnes artus totumque corpus effusa!

Neque artis plasticae solum cultoribus Dresda insignem exhibet copiam, sed etiam pictorum opera excellentissima quaeque admiratoribus contemplanda offeruntur, summorum artificum, Giovani Bellini, Raphaelis Sanctii, Titiani, Antonii de Alegris (Corregio), Andreae Vannacci (del Sarto), Annibalis Carracci, Rubentis, Mengsii, aliorum. Atque Raphaelis, pictorum facile principis, palmarium, non vulgare quoddam haec urbs includit monumentum, quo pictor celebravit beatissimam virginem, in lucida nube insistentem, angelorum choris glorificatam, quam virtutis ac pudoris speciem intueantur mortales immortalia consectantes *).

---

*) Frid. Schlegelius Operum Tom. VI. p. 68. de *Raphaele* hanc potissimum enuntiavit sententiam: *Es hat dieser Mahler sich besonders darin gefallen, die heilige Jungfrau auf das mannichfachste darzustellen, zum Theil in einem ganz entgegengesetzten Sinne. Man könnte eine ganze Reihe aufstellen von der möglichst irdischen Auffassung bis zur höchsten anbetungswürdigen Verklärung und Göttlichkeit. Der Anfang dieser Reihe wäre dann die Maria im Garten, wo sie, wie die eigne Geliebte, ganz nur in irdischer Lieblichkeit gemahlt ist; den Beschluss macht die grosse in Wolken wandelnde Mutter Gottes in Dresden, wo die reinen Formen des ernsten doch liebeglühenden Gesichts uns an das Ideal der hohen Juno und zugleich auch der strengen Diana erinnern.* cf. p. 91. 136. 201 sq.

Sed iam longius mihi vagato tandem redeundum est eo, unde deflexit oratio. Animus enim, vir illustrissime, qui me TIBI devinctum et constrictum tenet, gratissimus ac religiosus desiderio commovebatur, ut meae erga TE pietatis ac voluntatis publicum quoddam fieret documentum. TU quidem me Berolini litterarum studiosum, a FRIDERICO THEOPHILO WELCKERO praeceptore dilectissimo benevolentiae TUAE commendatum, summa qua fieri potuit clementia et humanitate amplexus, quum postea eundem doctoris provincia in regionem avocasset, tum naturae amoenitatibus orbatam, tum omnibus paene litterarum artiumque subsidiis destitutam, epistolis TUIS studia mea dirigere, animum meum levare omneque mihi ferre praesidium benigne comiterque perrexisti. Praeterea litteras mihi dederas commendatitias ad virum perillustrem THEODORUM THEOPHILUM DE HIPPEL, regendae Silesiae superiori praefectum, cuius insignis humanitas ac benevolentia quam suavis mihi fuerit atque iucunda quantumque contulerit ad profundum RHENI PATRIS desiderium subinde leniendum, haud semel TIBI praedicavi, neque amplius praedicandi tantas talis viri virtutes hodie

est locus neque tempus. Accessit etiam OTTONIS BENDAE, qua intima adhuc usus sum, dulcis familiaritas, *animae, qualem neque candidiorem terra tulit, neque cui me sit devinctior alter;* cuius viri curae ac studia interpretandis Shakspearii carminibus scenicis nuper impensa nemo est qui ignoret.

Pauci iam restant dies, quibus superatis officium me revocabit ad novum ingrediendum docendi discendique curriculum: TU autem vale, VIR EXCELLENTISSIME, neve unquam desine mihi studiisque meis favere!

Scribebam DRESDAE AD ALBIM
extremo mense Septembri a. CIƆIƆCCCXXVI.

ΦΛΑΥΙΟΥ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ

ΒΙΟΣ ΚΡΙΤΙΟΥ.

1 I. *ΚΡΙΤΙΑΣ* δὲ ὁ σοφιστὴς, εἰ μὲν κατέλυσε τῶν Ἀθηναίων τὸν δῆμον, οὔπω κακός· καταλυθείη γὰρ ἂν καὶ ὑφ᾽ ἑαυτοῦ δῆμος, οὕτω τὶ ἐπηρμένος, ὡς μηδὲ τῶν κατὰ

De Critiae Vita scriptisque egerunt *Meursius* in Bibliotheca Attica, *Bayleus* in Lexico critico; omnium vero ingeniosissime nuper disseruit *Gu. Ern. Weberus* in Programmate Gymnasii Moeno-Francof. *de Critia Tyranno.* a. 1824. 4. quo quidem libello, cuius copiam mihi praebuit candidissimus Passovius, omnes Critiae vivendi rationes, quoad fieri potuit, doctissime et acutissime expositae sunt, ita ut longum sit quovis loco indicare, quid quantumve illi debeamus.

§. 1. *Critias* Atheniensis, Callaeschri filius (*Κριτίας ὁ Καλλαίσχρου*, Platon. Protag. p. 316. A.), diversus ab eo, qui apud Andocidem laudatur de Mysteriis 47. p. 7. Steph., Andocidis patrueli: *Κριτίας ἀνεψιὸς καὶ οὗτος τοῦ πατρός· αἱ μητέρες ἀδελφαί.* — Statuarius quoque fuit *Critias*, Atticus homo, ut apparet ex Pausania VI, 3, 2. *Ἵππων δὲ Ἠλεῖον πυγμῇ παῖδα κρατήσαντα ἐποίησε Δημόκριτος Σικυώνιος, ὃς ἐς πέμπτον διδάσκαλον ἀνήει τὸν Ἀττικὸν Κριτίαν.* cf. I, 8, 5. I, 23, 11. Floruit autem ille Phidiae aetate, Plinio auctore H. N. XXXV, 19. init. *Quo eodem tempore* (Olympiade LXXXIV.) *aemuli eius fuere Alcamenes*, *Critias* cett. Idem esse videtur Critias, qui appellatur *Νησιώτης* apud Lucian. Philopseud. c. 18. *ἐν οἷς καὶ τὰ Κριτίου τοῦ Νησιώτου πλάσματα ἕστηκεν, οἱ τυραννοκτόνοι.* Hi quidem alii esse nequeunt, nisi *Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων οἱ κτείναντες Ἵππαρχον*, *Critiae ἀνδριάντες*, memorati apud Pausan. I, 8, 5. cf. Lucian. Rhet. praecept. c. 9. ibique Hemsterhus. — Ceterum de hac re mox adeundus erit Silligius meus in Catalogo

CRITIAS Sophista, etsi delevit Atheniensium 1
rem publicam, nondum fuerit turpis: etenim ipsa sibi ruinam paratura erat res publica, per insolentiam tantopere elata, ut ne iis quidem obtemperaret, quibus

---

Artificum. — Denique *Critias* fuit amasii cuiusdam nomen, ut patet ex Appuleii Apolog. Oper. T. II. p. 401.

Et Critias mea delicies sit: salva, Charine,
Pars in amore meo, vita, tibi remanet.

cf. p. 403.

Σοφιστής Critias Tyrannus Atheniensis dicitur eadem ratione, qua omnino homines sapientes: Herodot. I, 29. *ἄλλοι τε οἱ πάντες ἐκ τῆς Ἑλλάδος σοφισταὶ κ. τ. λ.* Ita septem illi, atque ipse Socrates apud Aeschin. in Timarch. 173. p. 24. Steph. et alibi. Atque Philostratus in dedicatione Vitt. Soph. p. 479. ed. Olear. *Τοὺς ἐν δόξῃ τοῦ σοφιστεῦσαι φιλοσοφήσαντας καὶ τοὺς οὕτω κυρίως προσρηθέντας σοφιστὰς εἰς δύο βίβλους ἀνέγραψά σοι.* Hinc igitur iam satis apparet unum eundemque fuisse Critiam Sophistam atque tyrannum: sed de hac re infra accuratius disputabitur. Itaque ut hoc loco *σοφιστὴς* appellatur, ita ab Scholiasta Platon. Tim. p. 422. ed. Bekker. *φιλόσοφος ἐν ἰδιώταις.*

εἰ μὲν κατέλυσε] Haec spectant ad imperium triginta virorum, quod quum per se apparet, tum maxime cognoscitur ex verbis, quae paullo infra leguntur: *τοὺς τριάκοντα ὑπερεβάλλετο.*

οὕτω τὶ ἐπηρμένος] Aliquando conieceram legendum esse: *οὑτωσὶ ἐπηρμένος.* Sed docuit me Silligius defendi lectionem librorum ex iis, quae copiose et erudite attulerit Iacobs. ad Philostrati Imagg. p. 293 sq.

2 νόμους ἀρχόντων ἀκροᾶσθαι. ἀλλ' ἐπεὶ λαμπρῶς μὲν ἐλακώνισε, προὐδίδου δὲ τὰ ἱερὰ, καθῄρει δὲ διὰ Λυσάνδρου τὰ τείχη, οὓς δ' ἤλαυνε τῶν Ἀθηναίων, τὸ στῆναί ποι τῆς Ἑλλάδος ἀφῃρεῖτο, πόλεμον Λακωνικὸν εἰπὼν ἐς πάντας, εἴ τις [τὸν] Ἀθηναῖον φεύγοντα δέξαιτο, ὠμότητί τε καὶ μιαιφονίᾳ τοὺς τριάκοντα ὑπερεβάλλετο, βουλεύματός τε ἀτόπου τοῖς Λακεδαιμονίοις ξυνελάμβανεν, ὡς μηλό-

---

§. 2. *προὐδίδου δὲ τὰ ἱερά*] Ita habet ed. Paris. haud dubie ex Codd. neque intelligitur, cur Olearius, nulla indicata ratione, omiserit particulam *δέ*, quam tamen sententiarum tenor flagitat: longior nimirum est protasis totius sententiae, apodosis autem incipit a verbis: *κάκιστος ἀνθρώπων κ. τ. λ.* quae quidem apud Olearium singularem efficiunt sententiam, nullo modo cum praecedentibus coniunctam.

λαμπρῶς μὲν ἐλακώνισε] Huius rei certissimum specimen est oratio, quam ad ipsius Critiae ingenium accommodavit Xenophon Hell. II, 3, 24 sqq. Philostratus respicit potissimum sodalitia (*ἑταιρείας*), primum a Lysandro per singulas civitates (Plutarch. Lysand. c. 13.), deinde Athenis quoque constituta (*quinqueviratus*). Weberus l. c. pag. 16. *Nam quum eo tempore*, inquit, *etiam apud Athenienses, quod antea per oppida a Lysandro factum erat, eorum, qui Laconibus aperte favebant, societas quaedam (ἑταιρείαν Graeci dicunt) constituta esset (vid. Andocid. de Myster. passim. Lysias in Eratosth. 7. 9.), absque huius sodalibus societatis quinqueviri crearentur, ut ipsi quidem prae se tulerunt, colligendorum caussa civium, ut re patefactum est, ad civitatem paucorum manibus vindicandam: statim Critias in his quinque lectus est. Et quum in pace statutum esset, ut patriis legibus Athenienses uterentur, quinque, Lysandri freti auxilio, populum coegerunt, ut triginta hominibus inquirendi emendandique pristinas civitatis constitutiones permitteret potestatem (Lys. in Eratosth. 7.).* Itaque ex plebiscito triginta viri electi sunt, enarrante Xenophonte Hell. II, 3, 2. *Ἔδοξε τῷ δήμῳ τριάκοντα ἄνδρας ἑλέσθαι, οἳ τοὺς πατρίους νόμους ξυγγράψουσι, καθ' οὓς πολιτεύσουσιν. καὶ ᾑρέθησαν οὗτοι, Πολυάρχης, Κριτίας κ. τ. λ.* Quo tamen populi consilio qua ratione abusi sint triginta, idem Xenophon docet ib. III, 2, 11. *αἱρεθέντες δὲ ἐφ' ᾧ τε ξυγγράψαι νόμους, καθ' οὕστινας πολιτεύσοιντο, τούτους μὲν ἀεὶ ἔμελλον ξυγγράφειν τε*

leges concesserant civitatis gubernacula. Sed propterea 2
quod manifesto Lacedaemoniis favit atque sacra prodidit et Lysandri ope moenia destruxit, quosque in exilium misit Athenienses, quominus in ulla Graeciae parte commorarentur, prohibuit, Laconicum omnibus praedicens bellum, si quis exulem Atheniensem susceperit, et quoniam immanitate caedisque amore inter triginta eminuit, insulsi Lacedaemoniorum consilii particeps, ut pecoribus pascenda appareret Attica, homi-

---

καὶ ἀποδεικνύναι, βουλὴν δὲ καὶ τὰς ἄλλας ἀρχὰς κατέστησαν, ὡς ἐδόκει αὐτοῖς. Dio Chrysostomus Orat. 21. Vol. I. p. 502. Reisk. *Οὔκουν δικαίως Ἀθηναῖοι νομοθέτην αὐτὸν [Κριτίαν] εἵλοντο ἐπί γε τὸ μεταγράψαι τοὺς παλαιοὺς νόμους, ὡς οὐδένα αὐτῶν ἔλιπεν.* cf. Lysias in Eratosth. 29. p. 122. 87 sqq. p. 128. Steph. Diodor. Sic. XIV, 3 sq.

εἴ τις τὸν Ἀθηναῖον] Offensionis quid habet articulus *τὸν* ante *Ἀθηναῖον*, ut iure me docuit Silligius: itaque cancellis inclusimus.

ὠμότητί τε καὶ μιαιφονίᾳ] Nimirum Critias inter collegas suos fuisse dicitur *τυραννικώτατος καὶ φονικώτατος.* Xenoph. Mem. I, 2, 12. *Κριτίας μὲν γὰρ τῶν ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ πάντων πλεονεκτίστατός τε καὶ βιαιότατος.* Commentar. ad Hermog. in Rhet. Graec. Aldin. T. II. p. 66. *Ὁ δὲ Κριτίας ὠμότατος καὶ τύραννος.* Iustin. V, 9. *Critias et Hip. omnium tyrannorum saevissimi.* Dionys. Hal. in Isaeo 21. *Κριτίας τε ὁ τῶν τριάκοντα ἄρξας.* Diodor. Sic. XIV, 34. *τὴν ἡγεμονίαν ἔχων.* Cornel. Nepot. Thrasyb. II, 7. *dux tyrannorum.* Athenaeus XIII. p. 600. E. *ὁ κράτιστος Κριτίας.* Atque apud Xenoph. Hell. II, 3, 51. Critias se ipse dicit *προστάτην.* cf. Aelian. V. H. IV, 15. Ael. Aristid. T. II. p. 83. Iebb. Quinetiam Critiae tyrannis hominibus Graecis in proverbii consuetudinem venisse videtur, teste Maximo Tyrio Diss. XXVII. p. 36. *Ὁπότ' οὖν λέγομεν ἐρᾶν χρημάτων Δαρεῖον, ἢ Ξέρξην τῆς Ἑλλήνων γῆς, ἢ Κλέαρχον πολέμου, ἢ Ἀγεσίλαον τιμῆς, ἢ Κριτίαν τυραννίδος, ἢ Ἀλκιβιάδην Σικελίας κ. τ. λ.* cf. Diss. XIII. p. 245. Huc etiam respicere videntur Critiae *supercilia*, quae memorantur in Tzetzae Chiliad. VI, 132. *καὶ τὰς ὀφρύας ἀνασπᾷ [Demades] καθάπερ ὁ Κριτίας, ὁ εἷς ἐκ τῶν τριάκοντα.*

βοτος ἡ Ἀττικὴ ἀποφανθείη, τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀγέλης ἐκκενωθεῖσα, κάκιστος ἀνθρώπων ἐμοί γε φαίνεται ξυμπάντων, ὧν ἐπὶ κακίᾳ ὄνομα.

3 II. Καὶ εἰ μὲν ἀπαίδευτος ὢν ἐς τάδε ὑπήχθη, ἔῤῥωτ'
ἂν ὁ λόγος τοῖς φάσκουσιν ὑπὸ Θετταλίας καὶ τῆς ἐκείνη
ὁμιλίας παρεφθορέναι αὐτόν· τὰ μὲν γὰρ ἀπαίδευτα ἤθη
4 εὐπαράγωγα πάντως ἐς βίου αἵρεσιν. ἐπεὶ δὲ ἄριστα μὲν
ἦν πεπαιδευμένος, γνώμας δὲ πλείστας ἑρμηνεύων, ἐς Δρω-

---

§. 3. *τοῖς φάσκουσιν ἀπὸ Θ.*] Inter alios Philostrato obversabatur hoc loco Xenophon Mem. I, 2, 24. *Κριτίας μὲν φυγὼν εἰς Θετταλίαν, ἐκεῖ συνῆν ἀνθρώποις, ἀνομίᾳ μᾶλλον ἢ δικαιοσύνῃ χρωμένοις.* Animadvertit Weber. p. 13. *Nam eo tempore, quo pugna commissa ad Arginusas est, in Thessalia exulem degisse* [Critiam] *diserte apud Xenophontem* (*Hell. II,* 3, 36.) *Theramenes dicit. Caussa rei in obscuro est. Per eam autem commorationem Thessalicam Critiae mores corruptelam traxisse censet Xenophon; nam Thessalos effeminatos prae reliquis Graecorum, vino et omni luxuriei deditos fuisse, ut in proverbium abierint, vulgo constat.* Idem pro consueta ingenii acie in nota adiungit etiam haecce: *Posset aliquis coniecturam facere, Theramenem invidiae caussa Critiae profectionem aliquam voluntariam fugae nomine obiecisse; sed obest alter ille locus Xenophontis Memorab. Socr. I, 2, 24. Unum solum vestigium est in Philostrato, vit. Crit. init. ubi est, Critiam π ρ ο δ ο ῦ ν α ι τ ὰ ἱ ε ρ ά, ut pari modo, quo Protagoram, ἀ σ ε β ε ί α ς damnatum censere liceat, quod, quum inter ἀ θ έ ο υ ς a scriptoribus, ut dictum est, referatur, a veri similitudine non valde abhorret. Meierum de bon. damn. accusationem Critiae non satis firmis nisum rationibus Cleophonti assignare, supra notatum est.*

§. 4. *γνώμας δὲ πλείστας ἑρμ.*] In Platon. Tim. p. 21. B. Critias ipse: *Ἆθλα γὰρ*, inquit, *οἱ πατέρες ἔθεσαν ῥαψῳδίας. πολλῶν μὲν οὖν δὴ καὶ πολλὰ ἐλέχθη ποιητῶν ποιήματα, ἅτε δὲ νέα κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὄντα τὰ Σόλωνος πολλοὶ τῶν παίδων ᾔσαμεν.* cf. ad Solon. p. 11. Dropides, Soloni familiarissimus, Critiae maioris pater atque tyranni proavus, teste Platone Tim. p. 20. E. *ἦν μὲν οὖν* [*ὁ Σόλων*] *οἰκεῖος καὶ σφόδρα φίλος ἡμῖν Δρωπίδου τοῦ προπάππου* [verba Critiae minoris], *καθάπερ λέγει πολλαχοῦ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ ποιήσει·*

num grege vacuefacta, eas ob caussas mihi saltem turpissimus videtur cunctorum, quibus a turpitudine nomen est inditum.

Atque si rudis et incultus eo usque perductus fuis- 3
set, confirmaretur eorum sententia, qui ipsum a Thessalis et conversatione, quam ibi habuerit, corruptum esse dicunt; mores enim agrestes facile induci possunt
ad qualemcunque vitae rationem. Quum autem opti- 4
me institutus esset, ac plurima sapientiae praecepta

πρὸς δὲ Κριτίαν τὸν ἡμέτερον πάππον εἶπεν κ. τ. λ. Critias ille senex ipse puerum docuit quam sapientissime, nisi forte Platonem eleganter fingentem statueris in Tim. p. 29. C. *ἦν μὲν οὖν μετὰ πολλῆς ἡδονῆς καὶ παιδικῆς τότε ἀκουόμενα, καὶ τοῦ πρεσβύτου [Κριτίου] προθύμως με [τὸν τύραννον] διδάσκοντος, ἅτ᾽ ἐμοῦ πολλάκις ἐπανερωτῶντος, ὥστε οἷον ἐγκαύματα ἀνεκπλύτου γραφῆς ἔμμονά μοι γέγονε.* De hac autem domo, ab Anacreonte, Solone aliisque poetis celebrata vide sis, quae diximus ad Solon. p. 30 sq. Eiusdemque familiae stemma quoddam servatum est in Scholiis ad Platon. Tim. p. 424. ed. Bekker. (201. Ruhnk.): *Ἐξηκεστίδης, Σόλων, Δρωπίδης, οὗ Κριτίας ὁ πρῶτος, οὗ Κάλλαισχρος, οὗ Γλαύκων, Κριτίας ὁ δεύτερος, Περικτιόνη, Χαρμίδης, Πλάτων, Γλαύκων, Ἀδείμαντος.* Quod tamen stemma, quum Dropiden proponat fratrem Solonis, hac saltem in re parum accurate conditum esse videtur: licet assentiatur Diogenes Laertius (III, 1.), longe gravioris est tamen momenti Platonis ista auctoritas, quam Philostratus quoque sequutus est. cf. Schleiermacher. ad Platon. Oper. I, 1. p. 393. Quantum valuerint eiusmodi vitae rationes ad Critiae iunioris ingenii culturam, imprimis apparet ex Platon. Tim. p. 21., ubi dicit se iam decennem audivisse Critiam avum enarrantem fabulam Atlanticam. cf. ad Solon. p. 37 sqq. Praeterea memoratu dignissimum est, quod Critias ipse in Platon. Crit. p. 113. B. *καὶ ταῦτά γε δὴ*, inquit, *τὰ γράμματα* (quibus Graece expressa erant nomina barbara ad fabulam Atlanticam pertinentia) — *ἔτ᾽ ἐστὶ παρ᾽ ἐμοὶ νῦν διαμεμελέτηταί τε ὑπ᾽ ἐμοῦ παιδὸς ὄντος.* — Sed accuratius etiam ponderandus est ille ex Timaeo locus ad constituendam, quatenus fieri potest, Critiae minoris aetatem: *ἦν μὲν γὰρ δὴ τότε Κριτίας, ὥς ἔφη,*

πίδην δ' ἀναφέρων, ὃς μετὰ Σόλωνα Ἀθηναίων ἦρξεν, οὐκ
ἂν διαφύγοι παρὰ τοῖς πολλοῖς αἰτίαν, τὸ μὴ οὐ κακίᾳ
5 φύσεως ἁμαρτάνειν ταῦτα. καὶ γὰρ ἂν κἀκεῖνο ἄτοπον, Σω-
κράτει μὲν τῷ Σωφρονίσκου μὴ ὁμοιωθῆναι αὐτὸν, ᾧ πλεῖ-
στα δὴ συνεφιλοσόφησε, σοφωτάτῳ τε καὶ δικαιοτάτῳ τῶν
ὑφ' ἑαυτοῦ δόξαντι, Θετταλοῖς δὲ ὁμοιωθῆναι, παρ' οἷς
ἀγερωχίαι καὶ ἄκρατος καὶ τὰ τυραννικὰ ἐν οἴνῳ σπουδά-
6 ζεται. ἀλλ' ὅμως οὐδὲ Θετταλοὶ σοφίας ἠμέλουν, ἀλλ' ἐ-
Γοργίαζον ἐν Θετταλίᾳ μικραὶ καὶ μείζους πόλεις, ἐς Γορ-

σχεδὸν ἐγγὺς ἤδη τῶν ἐνενήκοντα ἐτῶν, ἐγὼ δέ πῃ μάλιστα δεκέτης. Critiae annum natalem nemo indicavit scriptorum veterum, nec certe indicari potest, quonam aetatis suae anno mortuus sit. Iam quidem notum est ex Xenophonte Hell. II, 4, 19. aliisque auctoribus Critiam mortuum esse in Piraeeo fortissime dimicantem adversus Thrasybulum atque exules Athenienses, Olympiade XCIV, 1. (a. 404. ante Christ.). Hinc igitur patet Critiam tunc temporis nondum fuisse senem infirmum, vix quinquagenarium. Unde si quis redierit, annum natalem collocabit circiter in Olymp. LXXXI. (a. Chr. 455. ita ut quatuordecim ferme annos Socrate fuerit iunior, Critiae praeceptore) atque decimum aetatis annum circa Olymp. LXXXIII. (445.). Quo quidem tempore si Critias maior fuit nonagenarius, huius ipsius aetas puerilis collocanda videtur in Olympiade LXIII, ubi Solonem quoque iam superstitem fuisse oportebat, quippe qui Critiam maiorem iam puerum admonuisset hocce disticho:

εἰπέμεναι Κριτίῃ πυῤῥότριχι πατρὸς ἀκούειν·
οὐ γὰρ ἁμαρτινόῳ πείσεται ἡγεμόνι.

Neque omnino illud adversatur rationibus chronologicis, si quidem vera tradiderunt Heraclides (ap. Plutarch. Vit. Solon. c. 32. Ἐπεβίωσε — ἀρξαμένου τοῦ Πεισιστράτου τυραννεῖν — συχνὸν χρόνον), Lucianus (Macrob. c. 18. Solonem vixisse *centum* annos), Aelianus (V. H. VIII, 16. ὑπεργήρων ὄντα). Ceterum haec res est difficillima expeditu, ita ut huic qualicunque periculo venia concedenda sit. cf. Clintonii Fasti Hellenici (Oxonii 1824. 4.) pag. 275 sq. Gu. H. Grauerti de Aesopo diss. (Bonnae 1825. 8.) p. 49 sq.

ἐς Δρωπίδην ἀναφέρων] Supplendum est vocabulum γένος. Vide Schaefer. ad Lamb. Bos. Ellips. Gr. p. 77.

ipse memoriae litterisque mandasset, atque ad Dropiden genus referret, qui post Solonem Athenis fuerat Archon, apud plerosque haud effugisset criminationem,
quod non ingenii pravitate illa peccasset. Estque illud 5
etiam singulare, Socrati, Sophronisci filio, eum similem factum non esse, licet cum eodem philosophatus fuerit, sapientissimi ac iustissimi suae aetatis hominum famam adepto, Thessalis autem similem factum, apud quos fastus, merum et tyrannica saevities inter pocula
exercentur. Verumtamen ne Thessali quidem a sa- 6
pientia securi erant, sed Gorgiassabant et parvae et magnae Thessaliae civitates, Gorgiam intuentes Leon-

---

§. 5. Editio Paris. ceteraeque ante Olear. exhibent: *ᾧ συνεφιλοσόφησε, πλεῖστα δὴ σοφωτάτῳ κ. τ. λ.* Sed praestat haud dubie lectio Cod. S. quam Olearium sequuti in ordinem recepimus. Atque Critiam cum Socrate philosophatum esse quum apparet ex Platonis Timaeo atque Critia, tum ex Protagora p. 316. A. *κατόπιν δὲ ἡμῶν ἐπεισῆλθον Ἀλκιβιάδης ὁ καλὸς (ὡς φῂς σὺ καὶ ἐγὼ πείθομαι) καὶ Κριτίας ὁ Καλλαίσχρου.* Ceterum hic discipulus degeneratus multum inimicitiae contraxit magistro insonti, ita ut postea Socratis accusatores pravos Critiae mores illi crimini darent. Aeschin. in Timarch. 173. p. 24. Steph. *ὑμεῖς, ὦ Ἀθηναῖοι, Σωκράτην μὲν τὸν σοφιστὴν ἀπεκτείνατε, ὅτι Κριτίαν ἐφάνη πεπαιδευκὼς, ἕνα τῶν τριάκοντα τῶν τὸν δῆμον καταλυσάντων.* Xenoph. Mem. I, 2, 12 sqq. Aelian. V. H. IV, 15. Aristid. Tom. II. p. 83. Iebb. Scite etiam Maximus Tyrius Diss. IX. p. 166. Reisk. *Ἀδικεῖ δὲ ὁ δῆμος καὶ τοὺς νέους διαφθείρων· οὗτος καὶ Ἀλκιβιάδην διέφθειρε καὶ Ἱππόνικον καὶ Κριτίαν καὶ ἄλλους μυρίους.*

Θετταλοῖς δὲ ὁμοιωθῆναι] Quae hoc loco Thessalis exprobrantur, quam vera sint, Critias ipse docet in eorum Politia. Vid. Fragm. 30.

§. 6. *ἐΓοργίαζον ἐν Θ.*] Philostrat. in Ep. ad Iul. Augustam p. 919. *Γοργίου δὲ θαυμασταὶ ἦσαν ἄριστοί τε καὶ πλεῖστοι, πρῶτον μὲν οἱ κατὰ Θετταλίαν Ἕλληνες, παρ᾽ οἷς τὸ ῥητορεύειν Γοργιάζειν ἐπωνυμίαν ἔσχεν.* cf. Schoenborn. de Authentia Declamationum Gorgiae Leont. (Vratislaviae 1826. 4.)

γίαν ὁρῶσαι τὸν Λεοντῖνον· μετέβαλον δ' ἂν καὶ ἐς τὸ
Κριτιάζειν, εἴ τινα τῆς ἑαυτοῦ σοφίας ἐπίδειξιν ὁ Κριτίας
7 *παρ' αὐτοῖς ἐποιεῖτο. ὁ δὲ ἠμέλει μὲν τούτου, βαρυτέρας*
δ' αὐτοῖς ἐποιεῖτο τὰς ὀλιγαρχίας, διαλεγόμενος τοῖς ἐκεῖ
δυνατοῖς, καὶ καθαπτόμενος μὲν δημοκρατίας ἁπάσης, δια-
βάλλων δ' Ἀθηναίους ὡς πλεῖστα ἀνθρώπων ἁμαρτάνοντας.
ὥςτε ἐνθυμουμένῳ ταῦτα Κριτίας ἂν εἴη Θετταλοὺς διε-
φθορὼς μᾶλλον ἢ Κριτίαν Θετταλοί.
8 III. *Ἀπέθανε μὲν οὖν ὑπὸ τῶν ἀμφὶ Θρασύβουλον, οἳ*

---

p. 26. De forma adiectiva *Γοργίειος* v. id. p. 19 sq. Non satis sibi constitit Schoenbornius, in scribendo adiectivo littera usus initiali quadrata, non item in verbo, quod certe non fecerat, nisi ipsum fugissent, quae in hanc rem animadvertit F. A. Wolfius Analect. litter. I. p. 514.

μετέβαλον δ' ἂν καὶ] Ita optime Cod. Vatic. A. vid. Olearii Addenda ad Philostrat. p. 956. Antea editiones: *μετέβαλε δὲ καί.* Verba, quae proxime antecedunt, *ἐς Γοργίαν ὁρῶσαι τὸν Λεοντῖνον*, nescio an ex glossemate profecta sint.

§. 7. *βαρυτέρας δ' αὐτοῖς*] Weberus p. 14 sq. *Haec rectissime,* inquit, *Philostratus; quae tamen de Critiae apud Thessalos dominationis confirmandae studiis exponit, in iis contraria plane habet Theramenis illa apud Xenophontem* (*Hell. II,* 3, 36.) *oratio, cum Prometheo populare imperium inducere voluisse, servosque, quos πενέστας* (*Vid. Ruhnken. ad Tim. Lex. Plat.* p. 212.) *illi vocabant, adversum heros concitasse incusantis. Nam nisi aliquis putet, Critiam fortasse eo modo procerum Thessalorum infringere nisum esse auctoritatem, ut ad eius generis praecepta, qualia in Principe suo Machiavellus exposuit, ad quotidianum usum convertenda, quo magis exosi fierent plebi, commoverit eos, non video, quomodo scriptorum illa diversitas componi probabiliter debeat. Quare, qui antiquior et fere aequalis est Xenophon, in re praesertim, quae ex aequali proferatur ita, ut ad praesentium hominum facti conscientiam provocetur, plurimum apud nos valeat oportet. Politicorum hominum, quod nunc quotidie videmus, pro uniuscuiusque fortuna temporis mutatur ratio; nec vehementer debemus admirari, eum, quem insequentibus annis acerbissimum populi adversarium exstitisse sciamus, in Thessalia oppressae se plebis exhibuisse fautorem: neutris ex vera*

tinum; atque ad Critiassandum quoque animum con-
vertissent, si quod suae sapientiae specimen Critias
apud eos edidisset. Is autem illud minime curabat, 7
sed graviorem illis reddebat rem publicam, quae a
singulis tenetur, quippe qui colloquutus cum illius re-
gionis optimatibus, omnem popularem civitatis formam
perstringeret, in Athenienses vero inveheretur tan-
quam maxime peccantes prae ceteris hominibus. Ita-
que haec consideranti Thessalos Critias potius depra-
vasse videatur quam Critiam Thessali.

Interfectus est denique a Thrasybuli sociis, qui 8

---

animi affectione bene cupiebat Critias, nec nobilibus, nec multitudini; se solum, sua commoda per omnem vitam adamabat, suam cupiditatem studebat explere. cf. Schneider. ad Xenoph. l. c. Creuzer. ad Cic. N. D. III, 28.

§. 8. *Ἀπέθανε*] Xenophon Hell. II, 4, 19. *Ἀπέθανον δ' ἐνταῦθα τῶν μὲν τριάκοντα Κριτίας τε καὶ Ἱππόμαχος.* Cornel. Nepot. Thrasyb. II, 7. *In secundo proelio cecidit Critias, dux tyrannorum, quum quidem exadversus Thrasybulum fortissime pugnaret.* Iustin. V, 9. *In eo bello Critias et Hippolochus* (lege *Hippomachus*), *omnium tyrannorum saevissimi, cadunt.* His scriptoribus suffragatur etiam Philochorus in Scholio ad Aristophan. Plut. 1147. ex emendatione Tib. Hemsterhusii: *Ἀλλὰ καὶ ὡς Φιλόχορος, πέμπτῳ ἔτει ὕστερον* (i. e. quinto anno post Dioclem archontem, quo Aristophanis Plutus primus in scenam productus erat) *μάχη τῶν μετὰ Θρασυβούλου γενομένη ἦν, ᾗ Κριτίας ἐν Πειραιεῖ τελευτᾷ.* *Ita Philochorum habebimus* (ut Hemsterhusius ait) *manifesto Xenophonti suffragantem; Philochorum inquam, qui res patrias per Archontum seriem digesserat.* Adversatur autem Diodorus XIV. p. 413. D. cuius tamen testimonium infringere studuit Hemsterhus. l. c. p. 438 sqq. cf. Clintonii Fast. Hellen. p. 74 sq. 80. — His vero testimoniis quomodo accommodanda sint, quae leguntur in Commentar. ad Hermog. (Rhetor. Graec. Aldin. T. II. p. 332.), res est difficillima expeditu: *νόμος [ἐστὶ] τὸν καταφεύγοντα ἐπὶ τὰς Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος εἰκόνας μὴ ἀναιρεῖν· εἰ δὲ μὴ, καὶ αὐτὸν θανάτῳ ζημιοῦσθαι τὸν φονεύοντα. Κριτίαν ἐπ' αὐτὰς καταφυγόντα ἀνεῖλέ τις καὶ ὑπάγεται τῷ νόμῳ.* Cuius quidem libri quum

κατῆγον ἀπὸ φυγῆς τὸν δῆμον. δοκεῖ δ' ἐνίοις ἀνὴρ δυνατὸς γενέσθαι παρὰ τὴν τελευτὴν, ἐπειδὴ ἐνταφίῳ τῇ τυραννίδι ἐχρήσατο· ἐμοὶ δὲ ἀποπεφάνθω μηδένα ἀνθρώπων
9 καλῶς ἀποθανεῖν ὑπὲρ ὧν οὐκ ὀρθῶς εἵλετο. δι' ἅ μοι δοκεῖ καὶ ἡ σοφία τοῦ ἀνδρὸς καὶ τὰ φροντίσματα ἧττον σπουδασθῆναι τοῖς Ἕλλησιν· εἰ γὰρ μὴ ὁμολογήσει ὁ λόγος τῷ ἤθει, ἀλλοτρίᾳ γλώττῃ δόξομεν φθέγγεσθαι ὥςπερ οἱ αὐλοί.

10 IV. Τὴν δὲ ἰδέαν τοῦ λόγου δογματίας ὁ Κριτίας καὶ πολυγνώμων σεμνολογῆσαί τε ἱκανώτατος, οὐ τὴν διθυραμβώδη σεμνολογίαν, οὐδὲ καταφεύγουσαν ἐς τὰ ποιητικῆς ὀνόματα, ἀλλ' ἐκ τῶν κυριωτάτων συγκειμένην καὶ κατὰ

---

non cuilibet aditus pateat (vid. Wolfii Analect. litt. II. p. 516.), ceteros quoque locos huc pertinentes, quorum copiam mihi tribuit ex Bibliotheca Berolinensi Augustus Buttmannus, dignus Philippo filius, exscribere in animo est. p. 66. *καταφυγόντος Κριτίου ἐπὶ τὰς Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος εἰκόνας, βουλεύονται Ἀθηναῖοι, εἰ χρὴ αὐτὸν ἀποσπᾶν.* Paullo infra: *ὅτι διὰ τοῦτο τοὺς περὶ Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα τετιμήκαμεν, ἐπειδὴ τυράννων ἦσαν σφαγεῖς. οὐκοῦν καὶ τὸν ἐπ' ἐκείνους καταφυγόντα τύραννον ἀποδρᾶναι τὴν τιμωρίαν οὐ χρή. ἐνταῦθα γὰρ ἡ μὲν κατηγορία καὶ ἡ ποιότης τοῦ προσώπου τοῦ Κριτίου τὴν μεγίστην ἰσχὺν ἔχει καὶ καταδρομήν.* p. 67. *καὶ γὰρ ἐνταῦθα οἱ μὲν περὶ Ἀριστογείτονα τυραννοφόνοι, ὁ δὲ Κριτίας ὠμότατος καὶ τύραννος. οὐκοῦν εὐπορώτερος ὁ λόγος ὁ συμβουλεύων ἀποσπᾶν. ὡς οὐ βούλονται σώζεσθαι τύραννον οἱ τυράννους ἀνῃρηκότες.* Aliud mihi huc usque refugium apertum est nullum, nisi hanc Scholiastae notitiam attribuere exercitationibus rhetoricis, non rerum monumentis. [An forte alius quis tyrannus intelligendus est, ita ut hunc Scholiasta cum Critia confudisse sit putandus? I. SILLIG.]

ἀνὴρ δυνατός] Sic Cod. S. quod multo fortius, quam vulg. *ἀγαθός*, nihil nisi illius glossema.

ἐνταφίῳ τῇ τυραννίδι] „Proprie: *quoniam tyrannide vestimento funebri usus fuit, h. e. ad mortem usque eam retinuit, nec exui se ea vivus passus est.* Videtur autem alludi ad illud apud Isocratem passim obvium et Plutarchum, *καλὸν*

populum ab exilio revocaverunt. Nonnullisque homo fuisse videtur gravissimus morte appropinquante, propterea quod tyrannide tanquam funebri veste usus est: at ego ullum hominem negaverim honeste obire mortem pro iis, quae improbe sibi conciliarit. Quapropter 9
et sapientiae viri et ingenii monumentis minorem curam Graeci advertisse mihi videntur: nisi enim oratio consenserit moribus, aliena lingua videbimur sonare sicut tibiae.

Genere autem dicendi subtilis et creber sententiis 10
fuit Critias atque ad granditatem verborum maxime compositus, non dithyrambicam illam, neque ad poetica verba declinantem, sed ex verbis omnino propriis

---

ἐντάφιον ἡ τυραννίς, quod Dionysio tyranno a nonnemine is inculcatum taxat libro, an seni gerend. Resp. initio p. m. 783. Ceterum phrasis est similis vita Apollonii VII, 13. ubi de misericordia dicitur eam *ὥσπερ ἐντάφιον δεῖν ἐπιφέρειν τοῖς ἀδίκως ἀπελθοῦσι;* item infra lib. II. in vita Adriani §. 6. *ἐνταφίῳ τῇ τιμῇ χρησάμενος.* intelligit autem honorem scriptarum ad Adrianum sub vitae exitum ab Imperatore epistolarum. Et in Apollonio Naucratita: *ἔχων ἐντάφιον τὴν ἐξ ἁπάντων Ἀθηναίων εὔνοιαν.*" OLEARIUS.

§. 9. *καὶ τὰ φροντίσματα*] Ita Cod. S. *ἐς τὰ φροντίσματα* edd. *Φροντίσματα* sunt *ingenii monumenta*, hoc loco imprimis, ut ex sequentibus apparet, *orationes*, quibus, ut mox demonstrabitur, maxime excelluit Critias.

φθέγγεσθαι ὥσπερ οἱ αὐλοί.] Merito contulit Olearius Pauli Epist. ad Corinth. I, 13, 1. *ἐὰν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων λαλῶ καὶ τῶν ἀγγέλων, ἀγαπὴν δὲ μὴ ἔχω, γέγονα χαλκὸς ἠχῶν ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον.*

§. 10. *δογματίας* mihi quidem significare videtur, quod de antiquissimis oratoribus Atticis Cicero de Oratore II, 22, 93. *Subtiles, acuti, breves sententiis.* Atque *πολυγνώμων*, quod idem in Bruto c. 7. *crebri sententiis.* Philostrat. Epist. ad Iul. Augustam p. 919. de Critia ac Thucydide: *τὸ μεγαλόγνωμον καὶ τὴν ὀφρῦν.* — *σεμνολογῆσαι.* Cic. Brut. l. c. *Grandes erant verbis.*

11 φύσιν ἔχουσαν. Ὁρῶ τὸν ἄνδρα καὶ βραχυλογοῦντα ἱκανῶς
καὶ δεινῶς καθαπτόμενον ἐν ἀπολογίας ἤθει, Ἀττικίζοντά
τε οὐκ ἀκρατῶς οὐδὲ ἐκφαύλως· τὸ γὰρ ἀπειρόκαλον ἐν τῷ
Ἀττικίζειν βάρβαρον, ἀλλ' ὥςπερ ἀκτίνων αὐγαὶ τὰ Ἀττικὰ
12 ὀνόματα διαφαίνεται τοῦ λόγου. καὶ τὸ ἀσυνδέτως δὲ χωρίῳ
προςβαλεῖν Κριτίου ὥρη, καὶ τὸ παραδόξως δ' ἀπαγγεῖλαι,
Κριτίου ἀγών· τὸ δὲ τοῦ λόγου πνεῦμα ἐλλιπέστερον μὲν,
ἡδὺ δὲ καὶ λεῖον ὥςπερ ἡ τοῦ Ζεφύρου αὔρα.

---

§. 11. βραχυλογοῦντα] Cic. Brut. l. c. *Compressione rerum breves et ob eam ipsam caussam interdum subobscuri.*

ἐν ἀπολογίας ἤθει] Sic Cod. S. Cuius lectionis cur nullam rationem habuerit Olearius, equidem haud intelligo: dedit enim ἀπολογίας εἴδει, quod ex Codicibusne an ex ingenio deprompserit non indicavit. Editiones ante Olearium exhibent ἀπολογίας, ἤθει. Ἦθος significat dicendi genus, quo quis dignoscitur ab aliis scriptoribus, atque, ubi coniungitur cum voce πάθος, hoc denotat *affectum concitatum*, *commotum*, ἦθος autem *temperatum*, *mitem*, *compositum*. Quintilianus VI, 2, 8 sq. „Horum autem, sicut antiquitus traditum accepimus, duae sunt species: alteram Graeci πάθος vocant, quam nos vertentes recte ac proprie *affectum* dicimus; alteram ἦθος, cuius nomine, ut ego quidem sentio, caret sermo Romanus; mores appellantur; atque inde pars quoque illa philosophiae ἠθικὴ, *moralis* est dicta. Sed ipsam rei naturam spectanti mihi, non tam *mores* significari videntur, quam *morum quaedam proprietas;* nam ipsis quidem omnis habitus mentis continetur. Cautiores voluntatem complecti, quam nomina interpretari, maluerunt. Affectus igitur hos concitatos, illos mites atque compositos esse dixerunt; in altero vehementer commotos, in altero lenes; denique hos imperare, illos persuadere; hos ad perturbationem, illos ad benevolentiam praevalere.“ Quae si ad Philostrati locum accommodaveris, ἐν ἤθει ἀπολογίας ita interpretandum esse videbitur, Critiam defensionibus usum esse caute et considerate, i. e. omnibus orationis momentis diligenter ponderatis. [Vide an ἠθογράφοι passim commemorati huc sint trahendi? I. SILLIG.]

§. 12. καὶ τὸ ἀσυνδέτως] Scilicet ita fieri solet in dictione sententiis dilucida, ut illae sine copulis ac connectendi formulis, quasi ex improviso, se mutuo sequantur, quae Senecae aliorumque eius generis scriptorum indoles. OLEARIUS.

constantem naturaeque convenientem. Video hominem 11
etiam compressione rerum brevem, congruenter graviterque impugnantem aliorum sententias moderato defensionis affectu, Atticissantem vero neque intemperanter, neque imbecillius: namque id, quod ineptum, in Atticissando barbarum; sed ut radiorum fulgores Attica verba in oratione perlucent. Atque sine coniun- 12
ctione ad locum aliquem communem accedere Critiae elegantia; deinde Critias exercitatus est in admirabili inveniendo insolenterque pronuntiando; orationis autem spiritus remissior quidem, suavis tamen ac lenis sicut Zephyri aura.

καὶ τὸ παραδόξως] Quintilian. IV, 1, 40 sq. in quinque generibus caussarum *τὸ παράδοξον* quoque sive *admirabile* collocans: „*Admirabile* autem, inquit, vocant, quod est praeter opinionem hominum constitutum." Atque vere Olearius ad Philostrati Gorg. N. 6. *Admirabile* rursus esse dicit vel in *inventione* (*ἐνθυμηθῆναι*), vel in *eloquutione* (*ἀπαγγεῖλαι*) positum.

ΚΡΙΤΙΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ

ΠΟΙΗΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΑΛΛΩΝ ΦΡΟΝΤΙΣΜΑΤΩΝ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

CRITIAS, Atheniensis, Callaeschri filius, unus e triginta, ingenii virtutibus, quibus insigniter floruit, non solum usus est (ut multi statuere videntur) ad occupandam exercendamque tyrannidem, foedissimum humanae societatis flagitium, sed ad litteras quoque artesque ingenuas magnopere excolendas. Utraque enim excelluit oratione, tantamque eloquentiae consequutus est laudem, ut posteriore aetate in iis collocaretur scriptoribus, quos tanquam speciem intuerentur dicendi scribendique studiosi et tanquam exemplar normamque sermonis Attici sibi proponerent ad imitandum. Idemque singulari artis musicae floruit scientia, ita ut referretur ad praestantissimos Atheniensium tibicines [1]). Dignus est igitur scriptor, cuius reliquiae colligantur atque in unum quoddam corpus redigantur.

Ac si quis carminum reliquiis accuratiorem intenderit animum, eas ad tria potissimum versuum genera reducendas esse inveniet, ex quibus unum complectitur versus elegiacos, alterum heroicos, tertium denique iambicos. Carmina elegiaca politici imprimis sunt

---

1) Athenaeus IV. p. 184. D. *Ἔμελε δὲ τοῖς πάλαι πᾶσιν Ἕλλησι μουσικῆς· διόπερ καὶ ἡ αὐλητικὴ περισπούδαστος ἦν. Χαμαιλέων γοῦν ὁ Ἡρακλεώτης ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Προτρεπτικῷ Λακεδαιμονίους φησὶ καὶ Θηβαίους πάντας αὐλεῖν μανθάνειν, Ἡρακλεώτας τε τοὺς ἐν τῷ Πόντῳ καθ᾽ ἑαυτὸν ἔτι, Ἀθηναίων τε τοὺς ἐπιφανεστάτους Καλλίαν τε τὸν Ἱππονίκου καὶ Κριτίαν τὸν Καλλαίσχρου.*

argumenti, ita ut Solonis aliorumque γνῶμαι πολιτικαί Critiae oculis obversatae esse videantur; versibus hexametris, quot saltem hodie extant, laudes Anacreontis celebrantur; iambos denique ad poesim scenicam referendos esse singulari disputatione postea explicabitur.

Nemo unquam apud Graecos atque Romanos inde ab antiquissimis temporibus ad summa civitatis gubernacula accessit, quin dicendi quadam dexteritate atque vi sententiam suam proponere populique favorem sibi conciliare potuerit. Ita quidem vetustissimi Graecarum civitatium moderatores, Lycurgi, Pittaci, Solones, atque ab hac similitudine Romanorum Coruncanii, Fabricii, Catones, Scipiones, oratores fuerunt non tam fortasse docti, sed impetu mentis simili et voluntate [2]. Hos eloquentiae tanquam pueros exceperunt in Atheniensium re publica Clisthenes atque aliquot annis post Themistocles, quem constat quum prudentia tum etiam eloquentia praestitisse: post Pericles, qui, quum floreret omni genere virtutis, dicendi tamen (ut Cicero ait) fuit laude clarissimus: Cleonem etiam temporibus illis, turbulentum illum quidem civem, sed tamen eloquentem constat fuisse: huic aetati suppares Alcibiades, Critias, Theramenes: quibus temporibus quod dicendi genus viguerit, ex Thucydidis scriptis, qui ipse tum fuit, intelligi maxime potest: *grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves et ob eam ipsam caussam interdum subobscuri* [3]. Quod quidem

---

2) Cicero de Oratore III, 15, 56.

3) Cic. Brutus c. 7. cf. de Oratore II, 22, 93. *Antiquissimi fere sunt* [Oratores], *quorum quidem scripta constent, Pericles atque Alcibiades et eadem aetate Thucydides, subtiles, acuti, breves, sententiis magis quam verbis abundantes. Non potuisset accidere, ut unum esset omnium genus, nisi aliquem sibi proponerent imitandum. Consequuti sunt hos Critias, Theramenes, Lysias. Multa Lysiae scripta sunt, nonnulla*

Ciceronis iudicium quam verum sit, intelligi maxime poterit, si quis Thucydidis orationes, quas ex ingenio atque indole singulorum virorum libris de bello Peloponnesiaco inseruit, ad comparationem adhibuerit. Utrique vero, Critiae atque Thucydidi, Philostratus etiam attribuit *τὸ μεγαλόγνωμον καὶ τὴν ὀφρῦν* [4]). Atque has virtutes accuratius descripsit idem Philostratus in Critiae vita, ita tamen, ut omnino ferme consentiat cum iis, quae modo de tota aetate disserentem audivimus Ciceronem [5]). Inde etiam satis apparet Philostrati aetate Critiae iam extitisse scripta oratoria, quorum *nonnulla* Cicero [6]) atque plura fortasse Dionysius Halicarnassensis legerant: posterior enim in iudicio de Lysia cap. 2. *Καθαρός ἐστι [Λυσίας] τὴν ἑρμηνείαν πάνυ καὶ τῆς Ἀττικῆς γλώττης ἄριστος κανών, οὐ τῆς ἀρχαίας, ᾗ κέχρηται Πλάτων καὶ Θουκυδίδης, ἀλλὰ τῆς κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐπιχωριαζούσης, ὡς ἔστι τεκμήρασθαι τοῖς τε Ἀνδοκίδου λόγοις καὶ τοῖς Κριτίου καὶ ἄλλοις συχνοῖς.* Atque Herodes Atticus, qui, Critiam prae ceteris oratoribus antiquis maxime admiratus, eiusdem dicendi

---

Critiae, de Theramene audivimus: omnes etiam retinebant illum Pericli succum, sed erant paullo uberiore filo.

4) Epistola ad Iuliam Augustam p. 919. Uterque illam virtutem a Gorgia accepisse dicitur (*παρ᾽ αὐτοῦ κεκτημένοι*)· *μεταποιοῦντες δὲ αὐτὸ εἰς τὸ οἰκεῖον, ὁ μὲν ὑπ᾽ εὐγλωττίας, ὁ δ᾽ αὖ ὑπὸ ῥώμης.* cf. Philostrat. Vita Gorgiae p. 492. *ὁ δὲ [Γοργίας], οἶμαι, καὶ τοὺς ἐλλογιμωτάτους ἀνηρτήσατο, Κριτίαν μὲν καὶ Ἀλκιβιάδην, νέω ὄντε, Θουκυδίδην δὲ καὶ Περικλέα, ἤδη γηράσκοντε.* cf. Schoenborn. de Gorgia Leontin. p. 16 sqq.

5) Philostrat. Vita Crit. c. 4. cf. Dionys. Hal. de Isaeo c. 21. de Thucydide c. 51.

6) Cic. de Oratore II, 22, 93. *Multa Lysiae scripta sunt, nonnulla Critiae.* Weberus de Critia p. 23. N. 63. oculorum lapsu perductus est ad lectionem NULLA pro NONNULLA. Ex vera lectione retulit in interpret. Poet. eleg. p. 644.

vim rationemque imitandam sibi proposuit, illius libros, eo usque neglectos atque contemptos, in Graecorum familiaritatem reduxisse perhibetur [7]). Denique Phrynichus Arabius *ἐκ τῆς σοφιστικῆς παρασκευῆς· Εἰλικρινοῦς δὲ καὶ καθαροῦ καὶ Ἀττικοῦ λόγου κανόνας καὶ στάθμας καὶ παράδειγμά φησιν ἄριστον Πλάτωνά τε καὶ Δημοσθένην — Κριτίαν τε τὸν Καλλαίσχρου καὶ Ἀντισθένην, — τούτους προκρίνων τῶν ἄλλων ἁπάντων καὶ ῥητόρων καὶ συγγραφέων καὶ ποιητῶν, ἐξ αὐτῶν πάλιν προτάττει, οὓς ἂν (φησὶν) οὐδ' αὐτὸς ὁ Μῶμος καταμέμψαιτο* [8]). Grammaticos Alexandrinos decem potissimum oratores in canonem recepisse res est notissima: posteriores vero principibus illis Critiam quoque adiunxisse praeter Photii locum memoriae traditum est in Commentario ad Hermogenem, ita quidem, ut Critias in ordine excepisse Antiphontem eique persimilis fuisse dicatur: *δέον γὰρ μετὰ τοὺς δέκα ῥήτορας διαλαβεῖν καὶ Κριτίαν* *). *μετὰ τὸν*

---

7) Philostrat. Vita Herodis Attici c. 14. p. 564. *Κριτιάζουσα ἠχὼ καὶ ἔννοιαι, οἷαι μὴ ἑτέρῳ ἐνθυμηθῆναι. — προσέκειτο μὲν γὰρ πᾶσι τοῖς παλαιοῖς, τῷ δὲ Κριτίᾳ καὶ προσετετήκει· καὶ παρήγαγεν αὐτὸν ἐς ἤθη Ἑλλήνων, τέως ἀμελούμενον καὶ περιορώμενον.* cf. Vita Crit. §. 9. Si quid praeterea de Herode constat, id partim transferendum ad Critiam quoque arbitror, ipsius exemplar; atque Fiorillo in commentatione de Herode Attico et eius scriptis p. 7. *Caeterum*, inquit, *Herodem Atticum studiosum fuisse antiquorum verborum, nimisque obsoleta verba adamasse, ex Athenaeo adparere mihi videtur. Ait enim Athen. III. p. 99. C. Οἶδα δὲ καὶ Ἡρώδην τὸν Ἀττικὸν ῥήτορα ὀνομάζοντα τροχοπέδην τὸ διαβαλλόμενον ξύλον διὰ τῶν τροχῶν, ὅτε κατάντεις τόπους ὁ ὀχούμενος ἐπορεύετο, καίτοι Σιμαριστοῦ ἐν τοῖς Συνονύμοις ἐποχλέα τὸ ξύλον τοῦτο ἐπονομάσαντος.*

8) in Photii Bibliotheca p. 101. b. 4.

*) Apographum meum exhibet *περὶ Κριτίου*, quod tamen ex notis litterarum minus dilucidis profectum esse videtur. [Sed *διαλαβεῖν περὶ Κριτίου* esse fortasse potest ex lingua illorum hominum *disceptare de aliqua re*. I. SILLIG.]

Ἀντιφῶντα τέταχεν αὐτόν· σχεδὸν γὰρ ὁ αὐτὸς εἶναι δοκεῖ τῷ Ἀντιφῶντι καὶ μηδὲν διαλλάττειν αὐτοῦ. ἕπεται δέ. τὸν Κριτίαν διὰ τὴν προλεχθεῖσαν αἰτίαν ἐν τῷ μεταξὺ τέταχεν [9]). Quantum vero animum Critias eiusque aequales Antiphonti attenderint, narratur in Vitis decem Oratorum, quae vulgo ad Plutarchum referuntur, T. XII. p. 221. ed. Hutten. Ὅσους μέντοι ἔχομεν ἐπὶ τὸ παλαιότατον ἀναφέροντες ἀπομνημονεῦσαι τὴν ἰδέαν τῶν λόγων ταύτην μεταχειρισαμένους, τούτους εὕροι τις ἂν ἐπιβεβληκότας Ἀντιφῶντι, πρεσβύτῃ ἤδη ὄντι, οἷον Ἀλκιβιάδην, Κ ρ ι τ ί α ν, Λυσίαν, Ἀρχινόον.

Neque ad Critiae orationes tantummodo spectare Virorum illorum iudicia, sed ad cetera quoque opera, quae sermone pedestri conscripsisse dicitur Tyrannus, ex ipsarum reliquiarum natura stiloque graviore apparet. Huc ante omnia pertinent fragmenta ex Critiae *Πολιτείαις* sive libris rerum publicarum, deinde ex Disputationibus philosophicis de Natura Amoris sive de Amoribus, tum ex Aphorismis et Colloquiis (ὁμιλίαις), postremo Fragmenta quaedam incerta.

Atque totius collectionis series est haecce:

Α. ΠΟΙΗΜΑΤΩΝ

I. Ἔλεγοι.

II. Ἑξάμετροι.

III. Ἴαμβοι.

---

9) Rhetor. Graecor. ed. Aldin. T. II. p. 415. cf. Dionys. Hal. de Isaeo c. 21. De Antiphonte audiamus Thucydidem, summum auctorem, VIII, 68. Ἀντιφῶν, ἀνὴρ Ἀθηναῖος τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀρετῇ τε οὐδενὸς ὕστερος, καὶ κράτιστος ἐνθυμηθῆναι γενόμενος καὶ ἃ ἂν γνοίη εἰπεῖν, καὶ ἐς μὲν δῆμον οὐ παριὼν οὐδ' ἐς ἄλλον ἀγῶνα ἑκούσιος οὐδένα, ἀλλ' ὑπόπτως τῷ πλήθει διὰ δόξαν δεινότητος διακείμενος, τοὺς μέντοι ἀγωνιζομένους καὶ ἐν δικαστηρίῳ καὶ ἐν δήμῳ πλεῖστα εἷς ἀνὴρ, ὅστις ξυμβουλεύσαιτό τι, δυνάμενος ὠφελεῖν. Plutarch. Vitae X orator. Tom. XII. p. 221. ed. Hutten. Ἀντιφῶν — δύναμιν λόγων κτησάμενος. cf. Ruhnkenii commentatio de Antiphonte, rep. in Reiskii Orator. Gr. Vol. VII.

Β. ΣΥΓΓΡΑΦΩΝ

I. *Πολιτεῖαι.*

II. *Βίοι.*

III. *Περὶ φύσεως ἔρωτος ἢ ἐρώτων.*

IV. *Ἀφορισμοὶ καὶ Ὁμιλίαι.*

Γ. ΛΟΓΩΝ ΕΙΔΟΣ.

Δ. ΕΞ ΑΔΗΛΩΝ ΕΙΔΩΝ.

Α. ΠΟΙΗΜΑΤΩΝ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I. ΕΛΕΓΟΙ.

Ex diversis Critiae carminum generibus in primo loco collocandum est id, quod per lusum otiumque aggressus esse videtur, idemque ita comparatum, ut librorum, quos de singulis civitatibus soluta oratione conscripsisse dicitur [10]), succum tamquam subtilissimum versibus impariter iunctis inclusisse statuendus sit. Critiam vero tyrannum scripsisse *Πολιτείας ἐμμέτρους* testis est Alexander Aphrodisiensis in Ioannis Grammatici Philoponi Commentario ad Aristotelis libros de Anima: „*Ἕτεροι δ' αἷμα, καθάπερ Κριτίας, τὸ αἰσθάνεσθαι τῆς ψυχῆς οἰκειότατον ὑπολαμβάνοντες· τοῦτο δ' ὑπάρχει διὰ τὴν τοῦ αἵματος φύσιν.*“ (haec fuerunt verba Aristotelis de Anima 1, 2.) — *Κριτίαν ἔτι τὸν ἕνα τῶν τριάκοντα, ὃς καὶ Σωκράτους ἠκροάσατο· ἢ καὶ ἄλλον τινὰ λέγει οὐδὲν γὰρ διαφερόμεθα. φασὶ δὲ καὶ Κριτίαν γεγονέναι σοφιστὴν, οὗ καὶ τὰ φερόμενα συγγράμματα εἶναι, ὡς Ἀλέξανδρος λέγει·*

---

10) Similiter Hellanici Mytilenaei apud Athenaeum XIV. p. 635. F. commemorantur *οἱ ἔμμετροι Καρνεονῖκαι* atque *οἱ καταλογάδην*. cf. Sturz. Fragm. Hellan. p. 84. Creuzer de arte hist. Gr. p. 84. Plehn Lesbiaca p. 205. — Obiter hoc loco in memoriam revocanda est Tyrtaei *Πολιτεία*, quae ceteroquin *Εὐνομία* vocatur. Suidas v. *Τυρταῖος· ἔγραψε Πολιτείαν Λακεδαιμονίοις*. cf. Franckii Callinus p. 170 sqq.

τὸν γὰρ τῶν τριάκοντα μηδὲ γεγραφέναι ἄλλο τι, πλὴν πολιτείας ἐμμέτρους. Οὗτος οὖν τὴν ψυχὴν ἔλεγεν αἷμα εἶναι·

Αἷμα γὰρ (φησὶν) ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐστι νόημα [11]).

Haud parum sane difficultatis inest in hoc loco, quippe qui Alexandro Aphrodisiensi, veteri Aristotelis interpreti, acceptos esse prodat duumviros, alterum Critiam tyrannum eundemque poetam, alterum sophistam, *τῶν συγγραμμάτων* (i. e. *librorum pedestri oratione conceptorum*) auctorem. Verum enimvero quam levis momenti sit testimonium, quod gravissimis et verissimis auctoribus adversatur, nemo est quin statim perceperit. Quomodo, inquam, Critias tyrannus eorum scriptorum numero adiungi poterat, qui *Ἀττικοῦ λόγου κανόνας καὶ στάθμας* repraesentarent, si nihil omnino reliquisset praeter *πολιτείας ἐμμέτρους*? Atque *orationes* extitisse Critiae tyranni Cicerone iam superstite disertis verbis enarratur: *Consequuti sunt hos* (sc. Periclem, Alcibiadem, Thucydidem) *Critias, Theramenes, Lysias; multa Lysiae scripta sunt, nonnulla Critiae* [12]) —. Neque alium quempiam hoc loco designari Critiam nisi tyrannum, luce clarius patefacit quum ipse sententiarum tenor, tum maxime vel lippis explanat Dionysius Halicarnassensis: *Τῶν δὲ τοὺς ἀκριβεῖς προαιρούντων λόγους καὶ πρὸς τὴν ἐναγώνιον ἀσκούντων ῥητορικὴν, ὧν ἐγένετο Ἀντιφῶν τε ὁ Ῥαμνούσιος καὶ Πολυκράτης ὁ Ἀθηναῖος Κριτίας τε ὁ τῶν τριάκοντα ἄρξας κ. τ. λ.* [13]). Sed quid amplius somniat iste Alexander aut fortasse solus Philoponus, si quidem

---

11) Io. Grammatici Philoponi Commentaria in libros de Anima Aristotelis. Venetiis 1535. fol. Litt. C. pag. 8. extr. cf. Litt. A. pag. 4. extr.

12) Ciceron. de Oratore II, 22, 93. cf. III, 34, 139. Brutus 7, 29.

13) De Isaeo cap. 21. cf. de Thucyd. c. 51. Philostrat. Epist. ad Iuliam Aug. p. 919. ed. Olear.

male intellexerit illius sententiam, alium opinati fuisse Critiam tyrannum, alium sophistam [14])? Quamquam Philostratus Critiam tyrannum, Callaeschri filium, vel in vitas assumpsit Sophistarum [15]), eiusdemque dicendi scribendique genus tam disertis exprimit verbis, ut Aristotelis interpreti hac in re decernenda auctoritatis concedi possit nihil, donec iusta et certiora desiderentur argumenta. Nec profecto omnis vivendi conditio diversis Critiae scribendi generibus repugnat, utpote qui, *Gorgiae Leontini* [16]) et *Socratis Atheniensis* [17]) discipulus, summa ingenii laude iisdemque fere philosophiae, eloquentiae artisque poeticae ac musicae floruit virtutibus [18]).

Quae quum ita sint, levitatis quidem sese obstrinxit crimine Alexander Aphrodisiensis, minime tamen

---

14) Eiusdem Alexandri confusionem quandam huic contrariam, ex duobus hominibus diversis unum conficientis, perstringit Welckerus ad Theognid. p. X.

15) cf. Tennemanni hist. philos. I. p. 394 sqq.

16) Vid. Philostrat. Vita Gorgiae p. 492.

17) Cic. de Oratore III, 34, 139. *Quid Critias, quid Alcibiades, civitatibus suis quidem non boni, sed certe docti atque eloquentes, nonne Socraticis erant disputationibus eruditi?* Atque imprimis patet ex Platonis Protagora (p. 316. A.), Timaeo et Critiae fragmento. cf. ad Philostrati Vitam Critiae §. 5.

18) Nobiscum consentit Weberus de Critia p. 22. Poet. eleg. p. 644 sq. Contra G. Io. Vossius de Historicis Graecis, Operum T. IV. p. 168. alium fuisse putat Critiam politiarum auctorem, alium poetam: at idem sibi ipse adversatur de Poetis Gr. Op. T. III. p. 211. *Luculentum*, inquit, *Critiae fragm. iambicum apud Sextum Philosophum superest. Alium Critiam puto Callaeschri filium, poetam, cuius versus recitat Athen.* cett. An non est poeta, qui versus iambicos eosdemque elegantissimos condidit? Sed Vossius fortasse tres sibi finxerat scriptores, quibus *Critiae* nomen attribueret, perperam ille (ut Weberi verbis utar) comprobatus a Schweighaeusero *Ind. ad Athen.* p. 84.

sequitur, illam, quam nobiscum communicat, *πολιτειῶν ἐμμέτρων* a Critia conditarum eandem confictam esse notitiam. Hoc enim confirmant reliquiae versuum elegiacorum, ad Critiam tyrannum a scriptoribus antiquis haud ambigue relatorum. Nimirum sicut Solo, qui Critiae maioribus cognatus erat, Atheniensium rei publicae moderationem [19]) atque Theognis optimatium plebisque turbas [20]) numeris incluserant elegiacis; ita Critias quoque, princeps inter triginta, sententias politicas atque proprietates quasdam singularum civitatium (*τὰ ἐξ ἑκάστης πόλεως ἰδιώματα*, ut Athenaeus ait I. p. 27. D.) tradidisse putandus est versibus impariter iunctis: et sicut Solonis, Theognidis aliorumque carmina in fronte habebant titulum sive *Γνωμῶν* sive *Παραινέσεων* sive *Ὑποθηκῶν*, ita Critiae elegos aut ipse aut posteri inscripserunt *ΠΟΛΙΤΕΙΑΣ*, ab Alexandro Aphrodisiensi, ut destinguerentur a politiis soluta oratione conscriptis, *ἐμμέτρους* appellatas [21]).

1.

Iam quidem satis probabile videtur, politiis sive institutis moribusque singularum gentium describendis Critiam prooemii loco praemisisse elegos, quibus ex-

---

19) Vide sis, quae diximus ad Solonem poetam p. 22 sqq.

20) V. Welcker. p. X sqq. XVII. XXXVI sqq.

21) Philostrat. in Critiae vita §. 4. *Γνώμας* quoque commemorat Critiae, propterea quod id nomen est latioris significatus: *Γνώμας δὲ πλείστας ἑρμηνεύων.* — Weberus Poet. eleg. p. 423. *In spätern Dichtern tritt die politische Richtung der Elegie beinahe ganz zurück, und klingt nur noch einmal in Kritias dem Tyrannen kräftig und bedeutend an.* Ibid. p. 645. *Von seinen dichterischen Leistungen werden besonders die Elegieen herausgehoben, die, wie wir sehen, vorzüglich auch politische Gegenstände berührt haben.*

posita fuerint τὰ ἐξ ἑκάστης πόλεως ἰδιώματα, illos quidem partim servatos ab Athenaeo (I. p. 28. B.). Laudat enim poeta in hoc fragmento praestantissima complurium civitatium inventa, ut Siculorum, Thessalorum Milesiorum, Chiorum, Tuscorum, Phoenicum, Thebanorum, Carum, Atheniensium. Eiusmodi vero argumentum haud alienum iudicasse Critiam a descriptione rerum publicarum luce clarius paetefacit ipse, qui ἐν τῇ Λακεδαιμονίων ΠΟΛΙΤΕΙΑΙ, soluto sermone concepta: Κλίνη, inquit, Μιλησιουργὴς καὶ δίφρος Μιλησιουργής· κλίνη Χιουργὴς καὶ τράπεζα Ῥηνιουργής· Λυκιουργὴς φιάλη. (Fragm. 28.)

Κότταβος ἐκ Σικελῆς ἐστι χθονὸς, ἐκπρεπὲς 1
ἔργον,

Eiusdem fere argumenti sunt Pindari versus ex carmine ad Hieronem, Syracusarum tyrannum, fr. 73. ed. Boeckh.:

Ἀπὸ Ταϋγέτου μὲν Λάκαιναν
ἐπὶ θηρσὶ κύνα τρέχειν πυκινώτατον ἑρπετόν·
Σκύριαι δ᾽ εἰς ἄμελξιν γάλακτος
αἶγες ἐξοχώταται·
ὅπλα δ᾽ ἀπ᾽ Ἄργεος· ἅρμα Θηβαίων ἀπὸ γᾶς ἀγλαοκάρπου·
Σικελίας δ᾽ ὄχημα δαιδάλεον ματεύειν·

V. 1 sq. Hoc distichum laudatur ab eodem Athenaeo XV. p. 666. B. μάθε παρ᾽ ἐμοῦ, ὅτι πρῶτον μὲν ἡ τῶν κοττάβων παιδιὰ Σικελική ἐστιν εὕρεσις [ταύτην πρῶτον εὑρόντων Σικελῶν], ὡς Κριτίας φησὶν ὁ Καλλαίσχρου ἐν τοῖς ἐλεγείοις διὰ τούτων· Κότταβος κ. τ. λ. Ita hunc locum emendavit Boettigerus in Wielandii Museo Attico T. III. p. 485. transpositione verborum. Libri: ἡ τῶν κ. εὕρεσις Σ. ἐστι παιδιά. Quae uncis inclusimus, glossatorem resipiunt, qui, quum vulgarem lectionem minus expeditam videret, ista verba proprio Marte adiungenda esse putavit. Complura fuerunt *Cottabi* genera, de quibus doctissime disputavit Groddeckius, *Antiquarische Versuche* Vol. I. pag. 163 sqq. Böttigerus, *über den Kottabos*, l. c. p. 475 sqq. Omnium simplicissimum fuit Cottabi genus, quod Theramenes moriturus lusisse dicitur: etenim quum iussu tyrannorum venenum ut sitiens obduxisset, reliquum sic e poculo eiecit, ut id resonaret, quo sonitu

ὃν σκοπὸν ἐς λατάγων τόξα καθιστάμεθα.

---

reddito arridens: *Propino*, inquit, *hoc pulcro Critiae*. Ciceron. Tusc. I, 40. Quod quidem de *Cottabo* intelligendum esse docet Xenophon Hellen. II, 3, 56. *Καὶ ἐπεί γε ἀποθνήσκειν ἀναγκαζόμενος τὸ κώνειον ἔπιε, τὸ λειπόμενον ἔφασαν ἀποκοτταβίσαντα εἰπεῖν αὐτόν· Κριτίᾳ τοῦτ' ἔστω τῷ καλῷ.* Ironice dictum est *τῷ καλῷ*. *Καλοὶ* enim proprie dicuntur puellae sive pueri amati, quos commemorare solebant *οἱ κοτταβίζοντες·* vasis etiam quibusdam, quae deliciis suis dedicabant veteres, inscriptum est nomen *Καλός*. Vid. Millin *Monum. ant. ined.* T. II. p. 37 sqq. *Peintures des vases ant.* T. I. p. 114. Böttigerus, *Vasengemälde* T. I. fasc. 3. p. 63 sqq. Locus classicus, quo Cottabi lusus copiosissime illustratur, extat apud Athenaeum XV. p. 666 sqq. unde sua maximam partem deprompserunt Scholiastae ad Aristoph. Pac. 1243. et ad Luciani Lexiphan. c. 3. cf. Pollux VI, 109 sq. — Groddeckius l. c. novem discernit *Cottabi* genera, quorum alterum quidque altero est artificiosius. In Museo Dresdensi quatuor asservantur Satyrorum statuae, ab eodem, ut videtur, artifice ad unum exemplar factae (v. Beckeri Augusteum tab. XXV. XXVI. Hasii Catalog. Nr. 162. 178. 193. 219.), quorum dexter lacertus ita erectus est, ut Fr. Thierschius Hasio referente haud inepte putaverit illos Bacchi ministros ab artifice propositos fuisse *κοτταβίζοντας*. — *Cottabum* ipsum ex Sicilia profectum Anacreon quoque tradit ap. Athen. X. p. 427. D. *Σικελικὸν κότταβον ἀγκύλῃ δαΐζων.* Hesych. *Κότταβος, παιδιὰ παρὰ Ἀττικοῖς ἀπὸ Σικελίας παραδοθεῖσα.*

V. 1. Editiones Venet. et Basil. atque Codices a Schweighaeusero collati exhibent: *Κότταβος ἐκ Σικελῆς χθονὸς ἐκπρεπὲς εἰς ἔργον.* Veram tamen lectionem alter exhibet Athenaei locus atque Schol. ad Aristoph. Pac. 1243. *ὥς φησι Κριτίας ἐν τοῖς ἐλεγείοις·*

Κότταβος ἐκ Σικελῆς ἐστι χθονός, ἐκπρεπὲς ἔργον.

V. 2. *λατάγων τόξα*] i. e. *arcus, quem λάταγες describere solent:* namque in arci flexum reliquum vini e poculo eiicere solebant *οἱ κοτταβίζοντες.* Ceterum vocem *λάταξ* itidem fuisse Siculam Dicaearchus memoriae prodidit ap. Schol. Aristoph. l. c. *Δικαίαρχος δὲ ὁ Μεσσήνιος, Ἀριστοτέλους μαθητής, ἐν τῷ περὶ Ἀλκαίου καὶ τὴν λάταγα αὐτὴν εἶναι*

εἶτα δ' ὄχος Σικελὸς, κάλλει δαπάνῃ τε κρά-
τιστος.

— — — — — — —

Θεσσαλικὸς δὲ θρόνος γυίων τρυφερωτάτη ἕδρα·
εὐναίου δὲ λέχους ἔξοχα κάλλος ἔχει

Σικελικὸν ὄνομα. Λαταγὴ δέ ἐστι τὸ ὑπολειπόμενον ἐκ τοῦ ἐκποθέντος ποτηρίου ὑγρὸν, ὃ συνεστραμμένῃ τῇ χειρὶ ἄνωθεν ἐῤῥίπτουν οἱ παίζοντες εἰς τὸ κοττάβιον. Κότταβος δὲ ἐκαλεῖτο καὶ τὸ τιθέμενον ἆθλον τοῖς νικῶσιν ἐν τῷ πότῳ, καὶ τὸ ἄγγος, εἰς ὃ ἐνέβαλον τὰς λάταγας, ὡς Κρατῖνος ἐν Νεμέσει δείκνυσιν· ὅτι δὲ καὶ χαλκοῦν ἦν, Εὔπολις ἐν Βάπταις λέγει· *Χαλκῷ περὶ κοττάβῳ.* — Callimachi Fragm. X. πολλοὶ καὶ φιλέοντες ἀκόντιον ἧκαν ἔραζε οἰνοπόται, Σικελὰς ἐκ κυλίκων λάταγας. Scribendum est λατάγων, παροξυτόνως, a forma λάταξ, λάταγος. Falso edd. Athenaei ante Schweigh. λαταγῶν, a forma λαταγή, quae plurali caret.

V. 3. Distinguenda est ὄχος (i. q. ὄχημα ap. Pindar.) a curru, qui infra v. 10. memoratur δίφρῳ ornatus (ἅμμα ap. Pindar.): prior illa spectat ad usum quotidianum (*rheda mularis, carpentum*), alter admittitur in bellis gerendis aut ludis publicis celebrandis. Ceterum res est vel tironibus trita, apud Homerum pluralem tantummodo neutrius generis extare ὄχεα, de curru bellico intelligendum. cf. Boeckh. ad Pindari Olymp. IV. p. 143. — Καλλιδαπάνῃ τε κρατίστῃ edd. ante Schweigh. assensu Codd. praeterquam quod Casauboni Mss. et A. exhibent κράτιστος, B. κράτιστε. Vera est igitur Casauboni emendatio, quam haud cunctanter in ordinem recepimus.

Pentameter, qui omissus est post verum 3., epitheta continuisse videtur ad ὄχον Σικελὸν accuratius describendum, illa quidem ab Athenaei consilio aliena ideoque prorsus omissa.

V. 4. Pollux VII, 112. Κάλλιστοι οἱ Θετταλικοὶ δίφροι· διὸ καὶ ἡ Πυθία ἔφη· *Θέτταλε ποικιλόδιφρε.* cf. X, 47 sq.

V. 5. Mirus est sane pleonasmus εὐναῖον λέχος, ita tamen interpretandus, ut non purus intelligatur *lectus*, verum *genialis* sive *torus nuptialis.* Similiter paene in Homeri Odyssea η, 347.

πὰρ δὲ γυνὴ δέσποινα *λέχος* πόρσυνε καὶ *εὐνήν.*

cf. γ, 403., ubi tamen nihil nisi lectus ad cubandum describitur. — Propius etiam a Critiae verbis abest, κενῆς εὐνῆς

Μίλητός τε Χίος τ', ἔναλος πόλις Οἰνοπίωνος·
Τυρσηνὴ δὲ κρατεῖ χρυσότυπος φιάλη,

ὀρφανὸν λέχος, in Sophocl. Antig. 425. κοῖται λέκτρων, Eurip. Alcest. 946. κοίτας λέκτρον, Med. 436. — Vox ἔξοχα in omnibus legitur edd. ante Schweigh. eaque prorsus ad sententiam accommodata: in Mss. quos contulit Schweigh. desideratur.

V. 6. Miletus inprimis floruit *tapetibus purpureis* ad lectos adhibendis. Aristoph. Ran. 549. Ξανθίας μὲν, δοῦλος ὢν, ἐν στρώμασιν Μιλησίοις ἀνατετραμμένος. Lysistrat. 729. οἴκοι γάρ ἐστιν ἔριά μοι Μιλήσια. Theocrit. Idyll. XV, 125 sq. ex em. Valckenar. Πορφυρέοις δὲ τάπησιν ἄνω (μαλακώτερος ὕπνω Ἁ Μίλητος ἐρεῖ κ. τ. λ.) cf. Virgil. Georg. III, 306 sq. ib. Voss. p. 598. Ipse quoque Critias ap. Athen. XI. p. 488. E. κλίνη Μιλησιουργὴς — Χιουργής. Omnino lana Milesia valde erat nobilis. V. Intpp. ad Virg. Georg. IV, 334. — Πόλις Οἰνοπίωνος. Nonne hoc *Chii* urbis conditoris regisque mythologici nomen sive potius cognomen ornans (sicut *Cypri Cypranor* appellatus est *Philocyprus*. v. ad Solon. p. 33 sq. cf. Epim. ad Mimnerm. p. 56.) ad antiquissimam Chiorum vitium culturam vinique virtutes referendum sit? Vid. Plin. H. N. XIV, 7. cf. Voss. ad Virgil. Idyll. 5, 71. p. 261. Poppo *über die Insel Chios*, Progr. Viad. Francof. p. 4. Interpretationi nostrae favet etiam *Oenopionis* frater Στάφυλος (σταφυλή, uva). Plutarch. Theseus c. 20. Ἔνιοι δὲ καὶ τεκεῖν ἐκ Θησέως Ἀριάδνην Οἰνοπίωνα καὶ Στάφυλον, ὧν καὶ ὁ Χῖος Ἴων ἐστὶ, περὶ τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος λέγων·

Τήν ποτε Θησείδης ἔκτισεν Οἰνοπίων.

cf. Pausan. VII, 4, 6. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. I. p. 594. 49. Heynius ad Apollod. I, 4, 3. p. 23. Welckeri *Trilogie Prom.* p. 549. N. 848. p. 593.

V. 7. Τυρσηνὴ] Sic emendavit magnus Casaubonus lectionem editionum, confirmatus postea Schw. Codicibus. De Tuscorum *pateris aureis* vide sis Plin. H. N. XXXIV, 7, 16. cf. XXI, 3, 4. XXXIII, 1, 4. Winckelmann. Operum T. III. p. 231. sqq. Ceterum ex hoc ipso loco satis intelligitur falsam fuisse opinionem, ex qua *vasa fictilia*, usque ad nostram aetatem delata, omnia ad *Etruscos* referri solebant. V. Winckelm. VII. p. 66. haec enim, ut infra ex v. 12 sqq. apparebit, *Atticorum* fuerunt ἰδιώματα.

καὶ πᾶς χαλκὸς, ὅτις κοσμεῖ δόμον ἔν τινι χρείᾳ·
Φοίνικες δ' εὗρον γράμματ' ἀλεξίλογα·

V. 8. Undetriginta pateras aeneas Etruscas hodieque extare in Museo Collegii Romani refert Winckelmannus III. p. 212 sq. [de quibus tamen pateris hodie paullo aliter iudicari post Inghiramii aliorumque doctorum Italorum disquisitiones constat. I. SILLIG.]

V. 9. Herodot. V, 58. *Οἱ δὲ Φοίνικες οὗτοι οἱ σὺν Κάδμῳ ἀπικόμενοι, τῶν ἔσαν Γεφυραῖοι, ἄλλα τε πολλὰ, οἰκήσαντες ταύτην τὴν χώρην, ἐσήγαγον διδασκάλια ἐς τοὺς Ἕλληνας, καὶ δὴ καὶ γράμματα, οὐκ ἐόντα πρὶν Ἕλλησι, ὡς ἐμοὶ δοκέειν· κ. τ. λ.* cf. Wolfii Prolegg. ad Homer. p. LII sqq. — Sed quid significant *γράμματ' ἀλεξίλογα?* Ante omnes audiendus est Eustathius ad Odyss. ξ, 529. p. 1771. ed. Rom. Critiae locum respiciens: *Ἀλεξάνεμος δὲ ἡ, ὡς ἐῤῥέθη, ἀλέγουσα ἤτοι ἀποσοβοῦσα τὸ ἐξ ἀνέμων ψῦχος, ἢ βοηθοῦσα κατὰ ἀνέμων. Κεφαλαιωτέον δ' ἐνταῦθα χάριν ἀναμνήσεως, ὡς πρὸς ὁμοιότητα τοῦ ἀλεξάνεμος χιτὼν ἐῤῥέθη καὶ νειὸς ἀλεξιάρη ἡ παρὰ Ἡσιόδῳ, καὶ ἀλεξίκακος ὁ κατὰ μετάληψιν καὶ κηραμύντης παρὰ Λυκόφρονι, ἔτι δὲ καὶ ὁ ἐν ἐπιγράμματι ἀλεξιβέλεμνος χιτὼν, ὅς ἐστι θώραξ πολεμικός· τοιαύτης δὲ συνθετικῆς δυνάμεως καὶ τὸ ἀλεξιφάρμακον καὶ τὸ ἀλεξίλογον, οἷον· Φοίνικες δ' εὗρον γράμματα ἀλεξίλογα, Φορτηγοὺς δ' ἀκάτους Κᾶρες, ἁλὸς ταμίαι. εἶεν δ' ἂν ἀλεξίλογα γράμματα ἢ τὰ ἀλέγοντα ἤγουν βοηθοῦντα εἰς λόγον, ἢ δι' ὧν ἀποσοβεῖται τὸ πλείω λέγειν.* — Miram quidem hanc vocat interpretationem Casaubonus ad Athen. l. c. neque deterius esse putat, quod ipse finxerit: *Vocari litteras ἀλεξιλόγους propter vim orationis in sanandis animi perturbationibus. Notum illud, ψυχῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι· vel quia per litteras absentiae malis medemur; epistolis enim, ut eleganter ait Gregorius, σκιαγραφοῦμεν τὴν τῶν ἀπόντων παρουσίαν.* — At nescio sane, cur etymon huius vocis ponderantes fugerit interpretatio longe et simplicior et rectior. Compositum est enim vocabulum ex *ἀλέξω* (cf. Etym. M. p. 59, 37.) et *λόγος*. Atque verbum *ἀλέξειν* significationem habet primitivam *adiuvandi, sublevandi.* Homer. Il. ζ, 108 sq.

φὰν δέ τιν' ἀθανάτων ἐξ οὐρανοῦ ἀστερόεντος
Τρωσὶν ἀλεξήσοντα κατελθέμεν.

Θήβη δ' ἁρματόεντα δίφρον συνεπήξατο πρώτη·
φορτηγοὺς δ' ἀκάτους Κᾶρες, ἁλὸς ταμίαι·
τὸν δὲ τροχοῦ γαίης τε καμίνου τ' ἔκγονον εὗρε,

γ, 9. *ἐν θυμῷ μεμαῶτες ἀλεξέμεν ἀλλήλοισιν.* cf. Buttmann. Lexilog. II. p. 251. Quam quidem verbi *ἀλέξειν* significationem si quis accommodaverit ad nostrum locum, prorsus expedita ac satis clara evadet interpretatio: *γράμματα ἀλεξίλογα*, i. e. *litterae, quae orationem sublevant, quae oratione deficiente ipsius vice funguntur*, sive id fiat ope epistolarum sive in rebus qualibuscunque. Fortasse hanc quoque ob causam litterae dicuntur orationis subsidia, quoniam earum ope voces, ceteroquin levibus auris traditae, in perpetuum consignantur: ut Lucanus ait Pharsal. III, 219 sq.

Phoenices primi, famae si creditur, ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris.

Itaque nihil relinquitur rationis, quo *ἀλεξίλογος* in dictionibus absurdis atque analogiae repugnantibus collocetur, praesertim quum et Eustathius illam vocem Critiae assignaverit, et praeterea auctor anonymus in Bekkeri Anecdotis T. I. p. 382, 19. *Ἀλεξίλογα· οὕτω τὰ γράμματα κέκληκε Κριτίας ὁ τύραννος.* Unde sequitur intempestivam esse Schweighaeuseri coniecturam, proponentis *γράμματα λεξίλογα· Et perapte quidem*, inquit, *sciteque τὰ γράμματα (id est scripturae elementa) ita dicta mihi visa erant, quasi verbilega; scilicet quod valeant illa πρὸς τὸ λέξαι τοὺς λόγους, quod eorum opera λέγομεν (id est συλλέγομεν) τοὺς λόγους, colligimus conservamusque verba et dicta, quae absque illo admirabili invento in aëre dissiparentur perirentque.*

V. 11. De vetustissima *Carum θαλαττοκρατίᾳ* Thucydid. I, 4. *Μίνως γὰρ παλαίτατος ὧν ἀκοῇ ἴσμεν ναυτικὸν ἐκτήσατο — Κᾶρας ἐξελάσας καὶ τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας ἡγεμόνας ἐγκαταστήσας.* cf. Herodot. I, 171. II, 152. 154. Diodor. Sic. V, 53. Cum hac narratione de *navium onerariarum* inventione non consentit Plin. H. N. VII, 57., qui eam assignat *Hippo Tyrio*. Sed hoc nihil refert. Inventa scilicet iis tribui solent gentibus, quae maximum in re aliqua collocant studium atque diligentiam.

V. 12 sqq. In libris mss. et edd. legitur: *τὸν δὲ τροχὸν γαίης τε καμίνου τ' ἔκγ. εὗρε — ἣ τὸ κ. καταστήσασα τ.* sc. *πόλις*, i. e. *Athenae.* Sed haec lectio adversatur aliorum scriptorum

κλεινότατον κέραμον, χρήσιμον, οἰκονόμον,

---

quantuliscunque narratiunculis, *rotae figlinae* inventionem *Anacharsidi* tribuentium. Ephorus ap. Strabon. VII, 3, 9. p. 303. Εὑρήματά τε αὐτοῦ (Ἀναχάρσιδος) λέγει τά τε ζώπυρα καὶ τὴν ἀμφίβολον ἄγκυραν καὶ τὸν κεραμικὸν τροχόν. ταῦτα δὲ λέγω, σαφῶς μὲν εἰδὼς, ὅτι καὶ οὗτος αὐτὸς οὔτε ἀληθέστατα λέγει περὶ πάντων, καὶ δὴ καὶ τὸ τοῦ Ἀναχάρσιδος· πῶς γὰρ ὁ τροχὸς εὕρημα αὐτοῦ, ὃν οἶδεν Ὅμηρος πρεσβύτερος ὤν; (Il. σ, 600., ubi paullulum mutatus legitur versus):

Ὡς δ᾽ ὅτε τις κεραμεὺς τροχὸν ἄρμενον ἐν παλάμῃσιν

καὶ τὰ ἑξῆς. Posidonius ap. Senec. Ep. XC. Tom. IV. p. 11. ed. Argent. *Anacharsis*, inquit, *invenit rotam figuli*, *cuius circuitu vasa formantur. Deinde*, *quia apud Homerum invenitur figuli rota*, *mavult videri versus falsos esse*, *quam fabulam.* cf. Diog. Laërt. in vita Anacharsid. I, 105. Plurimi quidem, ut hinc colligere licet, auctores ad Anacharsidem retulerunt *rotae figlinae* inventionem: verum enimvero quoniam artes, quae paullatim formantur et excoluntur, non uno puncto temporis, ab aliis ad alios referuntur inventores, idem transferri potest ad hunc locum, praesertim quum ex ipso Homero vulgarem falsam fuisse opinionem declaretur. Attamen totius sententiae contextus et quae a Plinio (H. N. VII, 57. med. p. 414, 12. ed. Hard.) narrantur, *figlinas Coroebum Atheniensem* invenisse, palmariam confirmant Casauboni coniecturam, τροχοῦ commendantis pro τροχόν. cf. Menag. ad Diog. L. I, 105. Κέραμος enim sive *vas figlinum* est quasi *soboles* (ἔκγονος) *rotae*, *terrae et camini* (τροχοῦ γαίης τε καμίνου τ᾽). Critias hanc periphrasim singulari studio amplexus esse videtur, quum eadem fere utatur fragm. 7, 9. πλάστιγξ θ᾽ ἡ χαλκοῦ θυγάτηρ —. Similiter Xenarchus ap. Athen. II. p. 64. A. *patinam* vocat τροχήλατον κόρην, tanquam *rotae filiam.* cf. Casaub. ad h. l. Herodotus V, 88. Ἀττικὸν dicit κέραμον. cf. Valckenar. ad h. l. Matro Parodus ap. Athen. IV. p. 156. F. Ἀττικῷ ἐν κεράμῳ πέττων τρεῖς καὶ δέκα μῆνας. Athen. XI. p. 480. C. ἐπίσημοι κύλικες (κεράμεα ποτήρια) αἵ τε Ἀργεῖαι καὶ αἱ Ἀττικαί. Iacobs. ad Anth. Gr. Vol. I. P. 2. p. 141. *Atheniensibus artem vasa e terra fingendi tribuit antiquitas*, *eosque terra promontorii* κωλιάδος *usos esse*, *tradit Eratosth. ap. Macrob. in Sat. V*, 21., *unde Plutarchus T. II. p. 42. D. eum*, *qui in ora-*

ἡ τὸ καλὸν Μαραθῶνι καταστήσασα τρόπαιον.

2.

Alterum Critiae fragmentum elegiacum ex eo *Πολιτειῶν ἐμμέτρων* loco decerptum esse videtur, quo Lacedaemoniorum descriptae erant virtutes ac proprietates: agitur enim de Lacedaemoniorum temperantia, in bibendo potissimum et edendo declarata. Neque omnino Critias Lacedaemoniorum rem publicam sine studio et amore persequutus est, utpote qui vel publice benevolam suam hac de re existimationem pronuntiare haud sit cunctatus; nimirum in oratione adversus Theramenem habita in senatu: *Καλλίστη μὲν γὰρ δήπου*, inquit, *δοκεῖ πολιτεία εἶναι ἡ Λακεδαιμονίων* *). Sicut igitur omnem Lacedaemoniorum rem publicam, ita singulas quoque eorundem institutiones eximio amplexus erat favore. Quod quidem patebit imprimis, si quis contulerit similis argumenti locum *ἐν τῇ Λακεδαιμονίων ΠΟΛΙΤΕΙΑΙ*. *Ὁ μὲν Χῖος*, inquit, *καὶ Θάσιος ἐκ μεγάλων κυλίκων ἐπιδέξια, ὁ δ' Ἀττικὸς ἐκ μικρῶν ἐπιδέξια, ὁ δὲ Θετταλικὸς ἐκπώματα προ-*

---

tione nihil nisi Atticismum animadvertat, similem esse ait τῷ μὴ βουλομένῳ πιεῖν ἀντίδοτον, ἂν μὴ τὸ ἀγγεῖον ἐκ τῆς Ἀττικῆς Κωλιάδος ᾖ κεκεραμευμένον. *Inter Atticas merces* τοὺς κεράμους *numerat Aristoph. in Acharn.* 910. — *Κεκροπὶς λάγυνε est ap. Posidipp. Ep. XI. et κύλικες Ἀθηναῖαι in Pindari fragm.* [89. ed. Boeckh.]

V. 14. Editiones antiquae exhibent *Μαραθῶνι*, Schweigh. Codd. *Μαραθῶνος*.

*) Xenoph. Hell. II, 3, 34. Wyttenbachius ad Eclog. hist. p. 403. *Non solo partium studio ita iudicasse videtur Critias; quippe qui librum etiam scripsisset de Lac. Repub. non quidem ad nos servatum, sed ex multis tamen veterum mentionibus cognitum.* Respicit autem librum pedestri oratione de Lacedaemoniorum re publica conscriptum, cuius postea singularis mentio fiet.

πίνει, ὅτῳ ἂν βούλωνται, μεγάλα· Λακεδαιμόνιοι δὲ τὴν παρ᾽ αὐτῷ ἕκαστος πίνει, ὁ δὲ παῖς οἰνοχοεῖ, ὅσον ἂν ἀποπίῃ. (Fragm. 24.) Athenaeus X. p. 432. D. — 433. B. *Προπόσεις δὲ, τὰς γινομένας ἐν τοῖς συμποσίοις, Λακεδαιμονίοις οὐκ ἦν ἔθος ποιεῖν, οὐδε φιλοτησίας διὰ τούτων πρὸς ἀλλήλους ποιεῖσθαι. δηλοῖ δὲ ταῦτα Κριτίας ἐν τοῖς Ἐλεγείοις·*

Καὶ τόδ᾽ ἔθος Σπάρτῃ μελέτημά τε κείμενόν ἐστιν, 2
πίνειν τὴν αὐτῷ οἰνοφόρον κύλικα,
μὴδ᾽ ἀποδωρεῖσθαι προπόσεις ὀνομαστὶ λέγοντα,

V. 1 sqq. De Lacedaemoniorum potandi consuetudine Xenophon in Lac. Rep. V, 4. *Καὶ μὲν τοῦ πότου ἀποπαύσας τὰς οὐκ ἀναγκαίας πόσεις, αἳ σφάλλουσι μὲν σώματα, σφάλλουσι δὲ γνώμας, ἐφῆκεν, ὁπότε διψῴη ἕκαστος, πίνειν· οὕτω νομίζων ἀβλαβέστατόν τε καὶ ἥδιστον ποτὸν γίγνεσθαι.* cf. C. O. Mülleri Dorier Vol. 2. p. 276.

V. 2. Libri omnes *πίνειν τὴν αὐτὴν οἰνοφόρον κύλικα·* sc. *τινὰ τῶν Λακεδαιμονίων*, sive *ἕκαστον*. Sed quomodo interpretandus sit hic versus nescio. Emendandum est igitur *τὴν αὐτῷ*, quod sermone patrio dicimus *Ein jeder für sich*, idem quod modo vidimus ex eiusdem Critiae Lac. Polit. *τὴν παρ᾽ αὐτῷ ἕκαστος πίνει.* Atque proclivior etiam fuit invitus librarii animus ad lectionem *αὐτὴν* propter praecedentem articulum *τήν*. Weberus in interpret. Poët. eleg. p. 261. aut eandem sequutus est coniecturam, aut sententiarum tenor eum perduxit ad versiculum ita conformandum:

Dass man für sich nur den weinschwangeren Becher entleert.

[An forte *τὴν αὐτὴν* ita explicari et defendi possit, ut sit eiusdem generis vinum, neque ab alio vino ad aliud transeatur? Est tamen nihil quam hariolatio. SILLIG.].

V. 3. Respicit poëta morem omnium fere Graecorum communem, a solis Lacedaemoniis alienum, aliis salutem propinandi, ubi amicorum, amasiorum, propinquorum, deorum, ceterorum nomina (*ὀνομαστὶ*) laudari solita erant. cf. v. 7 sq. Qua de re doctissime disputavit Welckerus ad Theognid. v. 315. 319.

μηδ' ἐπὶ δεξιτερὰν χεῖρα κυκλοῦν Θασίου.
ἄγγεα [δ'] οἰν [αχθῆ λάβροις χείλεσσιν ἀφύσσειν

V. 4 sq. Edd. veteres: μηδ' ἐπὶ δεξιτερὰν χεῖρα κυκλοῦν θιάσου ἄγγεα. Levissima mutatione emendat Casaubonus θίασον. *Melius*, inquit, θίασον. *Est autem* κυκλοῦν θίασον, *in orbem per singulos convivas poculum ducere. Respicit enim ad morem* τοῦ περιφέρειν τὸ ποτήριον, *quod a dextris fieri incipiebat.* cf. fragm. 7, 7. προπόσεις ἐπιδέξια νωμῶν. Quum Cod. A. exhiberet κύκλῳ θιάσου, Schweighaeuserus dedit κύκλῳ θιασοῦν, i. e. *thiasum agere*, *bacchari*. Sed recte Schneiderus ὁ Μακαρίτης in Lex. s. v. observavit illud verbum non quadrare in huius loci sententiam. Prosonus in Adversariis p. 120. metathesi litterarum dedit κυκλοῦν Θασίου, i. e. *vini Thasii:* quae quidem emendatio hodie mihi prae ceteris placet, ita ut eam recipiendam esse censeam. Quid enim hoc genitivo convenientius est elegantiae sermonis Graeci? Non omne vinum Thasium in gyro circumferri solebat, sed unum alterumve poculum illius plenum. De *vino Thasio* vid. Athen. I, 28 sq.

V. 5. Hic profecto est locus plane idoneus ad divinationem criticam exercendam, qua quidem, ut deinde videbimus, Passovio felicius adhuc functus est nemo. Cod. A. ἄγγεα λυδῆ χειρεννασίατο γενης. Ed. Venet. et Bas. χειρενασίατο. Cas. χειρενασίατο. Prosonus l. c. Λυδῆ χεὶρ Ἀσιατογενὴς —. Sed Passovius in schedula quadam mecum communicata ex corrupta codicum scriptura χειρεννασίατο tria elementa *ETN* ad versum maiorem traxit, et in iis vestigia adiectivi cuiusdam cum οἰν — compositi deprehendit, ita ut haec prodirent scripturae vestigia:

ἄγγεα οἰν . . . .
. . . . . Λυδῆ χεὶρ Ἀσιατογενής.

Ex his vestigiis duplicem restituendi protulit rationem, unam:

ἄγγεα [δ'] οἰν [οχόας τε ποτὶ στομάτεσσιν ἀείρειν
εἴωθεν] Λυδῆ χεὶρ Ἀσιατογενής.

Quod quidem distichum in linguam Germanicam ipse convertit hoc modo:

Aber die Krüg' und die Schoppen empor zum Munde zu raffen,
Pfleget die Lydische Faust, Asiens Boden entstammt.

Nobis saltem magis placuit, quam secundo loco proposuit restitutionem, in ordinem recepta atque ita translata a Webero, *die eleg. Dichter* p. 649.

εἴθισται] Λυδὴ χεὶρ Ἀσιατογενής,
καὶ προπόσεις ὀρέγειν ἐπιδέξια, καὶ προκαλεῖσθαι
ἐξονομακλήδην, ᾧ προπιεῖν ἐθέλει·
εἶτ' ἀπὸ τοιούτων πόσεων γλώσσας τε λύουσιν

Aber die Krüge sogar nach den gierigen Lippen zu führen,
Hat Asiatergebrauch Lydische Fäuste gewöhnt.

Notissima est autem Lydorum luxuria ac mollities, de qua iam Xenophanes ap. Athen. XII. p. 526. B.

Ἀβροσύνης *) δὲ μαθόντες ἀνωφελίας παρὰ Λυδῶν,
ὄφρα τυραννίης ἦσαν ἐπὶ στυγερῆς,
ἤεσαν εἰς ἀγορὴν παναλουργέα φάρε' ἔχοντες,
οὐ μείους ἤπερ χίλιοι εἰς ἐπίπαν·
αὐχαλέοι χαίτῃσιν ἀγαλλόμεν' εὐπρεπέεσσιν,
ἀσκητοῖς ὀδμὴν χρίμασι δευόμενοι.

Adiungit Athenaeus: Οὕτω δ' ἐξελύθησαν [οἱ Λυδοὶ] διὰ τὴν ἄκαιρον μέθην, ὥστε τινὲς αὐτῶν οὔτε ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον οὔτε δυόμενον ἑωράκασιν. cf. XII. p. 515. D. sq. Herodot. I, 93. Λυδῶν δήμου καὶ θυγατέρες πορνεύονται πᾶσαι, συλλέγουσαι σφίσι φερνάς κ. τ. λ. cf. cap. 94. Ante omnia autem respiciendum, quod Herodot. I, 155. narrat de origine morum istorum effeminatorum, Croeso Cyri suasore: Ἄπειπε μέν σφι [Λυδοῖς] πέμψας ὅπλα ἀρήϊα μὴ ἐκτῆσθαι· κέλευε δέ σφεας κιθῶνάς τε ὑποδύνειν τοῖσι εἵμασι καὶ κοθόρνους ὑποδέεσθαι· πρόειπε δ' αὐτοῖσι κιθαρίζειν τε καὶ ψάλλειν καὶ καπηλεύειν παιδεύειν τοὺς παῖδας. καὶ ταχέως σφέας, ὦ βασιλεῦ, γυναῖκας ἀντ' ἀνδρῶν ὄψεαι γεγονότας.

V. 8. Ed. Venet. προπιτεῖν Bas. προπινεῖν· Casaub. προπίνειν, quod adversatur rationibus metricis. Ed. Bas. proxime accedit ad lectionem *Ms. Epit.* προπιεῖν, quae quidem et sententiae et mensurae satisfacit. Ita etiam Welcker. ad Theognid. p. 18. Quam Schweigh. ex Cod. A. recepit lectionem προπολεῖν, ea, quum maxime spectet ad cultum deorum, ab nostro saltem loco aliena est.

V. 9. Edd. γλώσσας τε λύουσι. Schw. Mss. γλ. τελέουσιν, haud dubie profectum ex librariorum incuria.

---

*) Ita emendavit I. G. Schneiderus in margine exempli sui, quod hodie manibus teritur Passovii, pro vulg. Ἀφροσύνης.

εἰς αἰσχροὺς μύθους, σῶμά τ' ἀμαυρότερον
τρύχουσιν, πρὸς δ' ὄμμ' ἀχλὺς ἀμβλωπὸς ἐφίζει,
λῆσις δ' ἐκτήκει μνημοσύνην πραπίδων,
νοῦς δὲ παρέσφαλται, δμῶες δ' ἀκόλαστον ἔχουσιν
ἦθος, ἐπεισπίπτει δ' οἰκοτριβὴς δαπάνη.
οἱ Λακεδαιμονίων δὲ κόροι πίνουσι τοσοῦτον,

V. 11. τεύχουσιν] Sic libri omnes: languidius tamen illud verbum esse hoc loco quilibet animadvertet. Leni igitur singularum litterarum mutatione scribendum est τρύχουσιν, quo quidem verbo nihil strictius accommodatum huic loco: id enim potissimum spectat ad libidines, quibus animus atque corpus atteritur, conficitur, corrumpitur. Epigram. Adesp. X, 1 sq. in Anth. Gr.

Δισσοί με τρύχουσι καταιγίζοντες ἔρωτες,
Εὔμαχε, καὶ δισσαῖς ἐνδέδεμαι μανίαις.

ib. XXVII, 3. ἀλλ' ἐμ' Ἀπολλοφάνους τρύχει πόθος.
Ἀχλὺν qualem veteres cogitatione sibi finxerint, discendum est ex Hesiod. Scut. 264 sqq.

πὰρ' δ' Ἀχλὺς εἱστήκει ἐπισμυγερή τε καὶ αἰνή,
χλωρὴ, ἀϋσταλέη, λιμῷ καταπεπτηυῖα,
γουνοπαχὴς, μακροὶ δ' ὄνυχες χείρεσσιν ὑπῆσαν·
τῆς ἐκ μὲν ῥινῶν μύξαι ῥέον, ἐκ δὲ παρειῶν
αἷμ' ἀπελείβετ' ἔραζ', ἡ δ' ἄπλητον σεσαρυῖα
εἱστήκει. — — cf. Lessingii *Laocoon* p. 251.

V. 12. Codd. et edd. veteres λῆσις, quod Casaubonus princeps mutavit in λῆστις. Λῆστις, inquit, *idem est ac* λήθη: *sic Epitome, recte. Prius erat* λῆσις, *quod non probo.* Vox est Dictatoris philologi. Sed in *Epit.* λῆστις non extare nisi suprascriptum Schweighaeuserus testatur. Atque interpretationem vocis λῆσις, βούλησις, αἵρεσις, a verbo λάω, Hesychius quidem praebet, unde tamen minime sequitur eam unicam fuisse illius vocis notionem. Ostendas mihi, quaeso, non eodem iure vocabulum λῆσις, i. q. λήθη, referri posse ad verbum λήθω sive λήθομαι. Itaque retinenda est Codd. lectio, probata insuper Maximo περὶ καταρχῶν 77. Etiam in Sophocl. Oed. Col. 590. (584.) libri Tricliniani exhibent λῆσιν, ceteri λῆστιν.

V. 15 sqq. De modica bibendi ratione praestantissima apud scriptores veteres extant praecepta, quae collegit Welcker. ad

ὥςτε φρέν' εἰς ἱλαρὰν ἀσπίδα πάντ' ἀπάγειν
εἴς τε φιλοφροσύνην γλῶτταν μέτριόν τε γέλωτα.
τοιαύτη δὲ πόσις σώματί τ' ὠφέλιμος,
γνώμῃ τε κτήσει τε, καλῶς δ' εἰς ἔργ' Ἀφροδίτης
πρός θ' ὕπνον ἥρμοσται, τὸν καμάτων λιμένα,
πρὸς τὴν τερπνοτάτην τε θεῶν θνητοῖς Ὑγίειαν,
καὶ τὴν Εὐσεβίης γείτονα Σωφροσύνην.

Theognid. p. 16 sqq. ubi tamen unum desideramus Alexidis ap. Athen. X. p. 431. B.

— τοῦτ' ἔσθ', ὁρᾷς, Ἑλληνικὸς
πότος, μετρίοισι χρωμένους ποτηρίοις
λαλεῖν τε καὶ ληρεῖν πρὸς αὐτοὺς ἡδέως.
τὸ μὲν γὰρ ἕτερον λοῦτρόν ἐστιν, οὐ πότος,
ψυκτῆρι πίνειν καὶ κάδοις, θάνατος μὲν οὖν.

V. 16. Singula verba ita iunge: ὥστε πάντα ἀπάγειν τὴν φρένα εἰς ἱλαρὰν ἀσπίδα, καὶ τὴν γλῶτταν εἰς φιλοφροσύνην τε καὶ μέτριον γέλωτα· i. e. *ut quilibet animum advertat hilari certamini linguamque deducat ad benignitatem et modicum risum.* ἱλαρὰ ἀσπὶς opposita est Lydorum potandi certaminibus (προκαλεῖσθαι κ. τ. λ. v. 7 sq.). φιλοφροσύνη κ. τ. λ. opposita Lydorum αἰσχροῖς μύθοις (v. 10.).

V. 19. κτήσει] i. e. talem potandi modum non excipit οἰκοτριβὴς δαπάνη. Καλῶς δ' εἰς Schweigh Codd. vulg. καλῶς εἰς.

V. 20. Loquutio τὸν καμάτων λιμένα propter articulum τὸν spectat tantum ad ὕπνον, licet sententia et usus linguae minime adversetur, si quis illam loquutionem simul appositionem esse statuat ἔργων Ἀφροδίτης. Λιμὴν scilicet dicitur quinetiam τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. Vid. Valckenar. Schol. ad Eurip. Phoen. 18. Iacobsii Anth. Palat. p. 642.

V. 21. Male Codd. ὑγείαν habent, formam et ignobiliorem et mensurae infestam. De *sanitatis numinibus* ipsaque Ὑγιείᾳ v. Creuzer. *Symbolik* II. p. 350 sqq. (p. 396 sqq. ed. noviss.)

V. 22. Sicut praecedenti versu Ὑγίεια, ita hic Εὐσεβία et Σωφροσύνη tanquam deae eaedemque vicinae (fortasse in templo quodam Atheniensi consociatae) inducuntur. Similiter Theognis 1131 sqq.

Ἔλπις ἐν ἀνθρώποισι μόνη θεὸς ἐσθλὴ ἔνεστιν,
ἄλλοι δ' Οὔλυμπόνδ' ἐκπρολιπόντες ἔβαν.

Ἑξῆς δὲ πάλιν φησίν·

αἱ γὰρ ὑπὲρ τὸ μέτρον κυλίκων προπόσεις παραχρῆμα
τέρψασαι λυποῦσ' εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον.
ἡ Λακεδαιμονίων δὲ δίαιθ' ὁμαλῶς διάκειται,
ἔσθειν καὶ πίνειν σύμμετρα πρὸς τὸ φρονεῖν

ᾤχετο μὲν Πίστις, μεγάλη θεὸς, ᾤχετο δ' ἀνδρῶν
Σωφροσύνη· Χάριτές τ', ὦ φίλε, γῆν ἔλιπον.

V. 24. Libri omnes *τέρψασαι λυποῦσ' κ. τ. λ.* quod temere opinatur Casaubonus emendandum esse: *τέρψασαί σε λυποῦσ'.* Namque *λυπεῖν* primam syllabam productam habet, ita ut pronomen *σέ* metrum excedat. Hesiod. *Ἔργ.* 399. *δὶς μὲν γὰρ καὶ τρὶς τάχα τεύξεαι· ἢν δ' ἔτι λυπῇς κ. τ. λ.* Theognis 593. *μήτε κακοῖσι νοσῶν λυποῦ φρένα, μήτ' ἀγαθοῖσιν.* cf. d'Orvill. ad Chariton. p. 359. — *τέρψασαι*, sc. *τὸν πίνοντα* sive *θυμόν*, ut Homer. Il. *ι*, 189. *τῇ ὅγε θυμὸν ἔτερπεν.* Odyss. *α*, 107. *πεσσοῖσι προπάροιθε θυράων θυμὸν ἔτερπον.*

V. 26. Edd. *ἔσθειν*, forma poëtica. Homer. Il. *ω*, 415. *ἔσθουσ'*, 476. *ἔσθων καὶ πίνων.* Odyss. *β*, 75. *ἐσθέμεναι. ν*, 409. *ἔσθουσαι βάλανον μενοεικέα, καὶ μέλαν ὕδωρ πίνουσαι.* cf. Athen. VII. p. 277. F. XIII. p. 596. B. XIV. p. 645. A. Cod. A. praebet scripturam vulgarem *ἐσθίειν*, quam, sicubi metro adversatur, iam in carminibus Homericis declinatam esse videmus.

Alterum hemistichium et principium proximi versus in omnibus libris ita scribitur: *σύμμετρα πρὸς τὸ φανὲν καὶ τὸ πονεῖν*, quae quidem verba, quum omni careant sensu, Casaubonus emendare studuit hunc in modum: *σύμμετρα πρὸς τὸ φαγεῖν καὶ τὸ πιεῖν εἶναι δυνατούς. Spartanorum diaeta est, sic edere et bibere, ut, cum recedunt de mensa, adhuc possint edere et bibere. Sapientum est praeceptum* (sic ille pergit) *fugiendum esse πλησμονὴν, et nunquam ad sacietatem usque bibendum aut edendum. Etiam magnus medicorum Apollo iubet ἀσκεῖν ἀκορίην τροφῆς.* Bene intellexit Schweigh. nimis illam coactam esse interpretationem; quam tamen ipse profert coniecturam et explicationem, de librorum scriptura *φανὲν* extricans *φέρειν*, illa eodem laborat malo; nimirum hancce proponit structuram: *πρὸς τὸ εἶναι δυνατοὺς καὶ τὸν πόνον φέρειν.* — Quid autem facilius, quam ex hisce scripturae ductibus *ΦANEN* elicere *ΦPONEIN*, sententiae huius loci prorsus consentaneum? *Ἡ δίαιτα τῶν Λακεδαιμονίων*

καὶ τὸ πονεῖν εἶναι δυνατούς· οὐκ ἔστ' ἀπό-
τακτος
ἡμέρα οἰνῶσαι σῶμ' ἀμέτροισι πότοις.

ὁμαλῶς διάκειται, ὥστε αὐτοὺς ἔσθειν καὶ πίνειν σύμμετρα πρὸς τὸ φρονεῖν καὶ πρὸς τὸ εἶναι δυνατοὺς πονεῖν· i. e. *Lacedaemoniorum diaeta congruenter se habet, ita ut edant atque bibant convenienter sanae menti* (φρονεῖν) *et subeundis laboribus;* sive: *tantum edunt et bibunt, quantum congruens et aptum est ad mentem sanam conservandam et labores tolerandos; quantum sufficit, ut mentem sanam sustineant atque labores perferre possint.* — Eadem est structura vocis σύμμετρος ap. Xenoph. de re equestri 1, 16. πρὸς δὲ ταύτας (sc. κνήμας) ὡς ἂν συμμέτρως ἔχῃ, συναύξεται καὶ τὸ ἄλλο σῶμα. Atque verbum φρονεῖν omnino idoneum esse ad sententiarum tenorem, ex versibus 18. 19. luce clarius conficitur: etenim quod ibi γνώμη et σῶμα significant, id hoc loco expressum est verbis φρονεῖν et πονεῖν. Similiter Homer. Il. ζ, 79. μάχεσθαί τε φρονέειν τε. Lacedaemoniorum bibendi modo contrarium Critias descripsit v. 9 sqq. qui quidem locus itidem favet emendationi nostrae. — Longius repetita videtur coniectura Iacobsii in docta Athenaei Schweighaeuseriani censura, annis 1804. et 1805. Ephem. litter. Halensibus inserta, πρός τ' ὄχανον, neque eam in Animadvv. ad. Athen. repetivit vir egregius.

V. 27. Edd. et Cod. A. οὐκ ἔστι ἀπότακτον ἡμέρα οἰνῶσαι σῶμα ἀμέτροισι πότοις. Casaub. autem dedit, ὡς ἔστ' ἀπότακτον ἡμέρα κ. τ. λ. quod Dalecampius convertit: *Est enim insolentis ac incompositi potione immoderata et vinolentia corpus suum obruere.* Sed ita nondum expressa est vox ἡμέρα, quae quid hoc loco significet nemo intelligit. Itaque nobis confugiendum est ad rationem magis expeditam, vestigia persequentibus, quae exhibet *Epit.* οὐκ ἔστ' ἀπότακτος ἡμέρα οἰνῶσαι σῶμ' ἀμέτροισι πότοις, i. e. *Non est constitutus dies ad corpus onerandum immodicis vini potionibus.* Eadem adiectivi ἀπότακτος significatio extat ap. Herodot. II, 69. καὶ σιτία ἀπότακτα διδόντες καὶ ἱρήϊα. Neque sensum huius loci exposuit quisquam Welckero ingeniosius ad Theognid. 321. p. 102. *De potandi certamine v. Athen. X. p.* 436—438., *et quod ad Xenocratem attinet, Congiorum victorem, cf. van den Wynpersse de Xenocrate philosopho p.* 16 *ss. Corinthi* πολυ-

3.

Ad Critiae corpus elegorum politicorum (*Πολιτείας ἐμμέτρους*) haud dubie referenda sunt etiam disticha, quae in Alcibiadem scripta servarunt Hephaestio atque Plutarchus. Etenim sicut praecedenti fragmento Lacedaemoniorum instituta quaedam moresque praedicavit poëta, ita hoc potissimum spectare videtur ad Atheniensium rem publicam. Hephaestio quidem *περὶ συνεκφωνήσεως* verba faciens (pag. 22. ed. Gaisford.) *Τρόποι*, inquit, *εἰσὶ τῆς συνεκφωνήσεως οἵδε· ἢ γὰρ δύο μακραὶ εἰς μίαν μακρὰν παραλαμβάνονται — ἢ δύο βραχεῖαι εἰς μίαν βραχεῖαν· — ὥςπερ Κριτίας ἐν τῇ εἰς Ἀλκιβιάδην ἐλεγείᾳ οὐκ ᾤετο ἐγχωρεῖν τὸ τοῦ Ἀλκιβιάδου ὄνομα, φησὶ γὰρ ἐν ἐκείνῃ οὕτως·*

3 *Καὶ νῦν Κλεινίου υἱὸν, Ἀθηναῖον, στεφανώσω,*
Ἀλκιβιάδην νέοισιν ὑμνήσας τρόποις·

ποσίας certamen a sapiente Periandro in Anacharsidis honorem celebratum esse, Athenis in Congiorum festo ex Orestis inde et Demophontis aut Pandionis regis temporibus hic ludus constitutus esse ferebatur (cf. Schol. Aristoph. Eqq. 95. *Ach.* 960.), *eoque spectare mihi videtur Critias ap. Athen. X. p.* 433. *B. Spartanorum morem laudans: Οὐκ ἔστ᾽ ἀπότακτος Ἡμέρα οἰνῶσαι σῶμ᾽ ἀμέτροισι πότοις.*

V. 1. Male Gaisfordius scripsit *υἷον*. Veram scripturam recepimus ex Codice Rhedigerano Vratislaviensi, qui tamen minus bene cum aliis exhibet *Ἀθηναίου* pro lectione Cod. B. et Bentleii ad Manil. II, 898. *Ἀθηναῖον*.

V. 2. Similia exempla protulit Hephaestio l. c. Aliud. Hotchkisius deprompsit ex Brunckii Analectis. T. III. p. 304.

Νύμφαι Κρηναῖαί με συνήρπασαν ἐκ βιότοιο,
καὶ τάχα που τιμῆς εἵνεκα τοῦτ᾽ ἔπαθον,
νηπίη, οὐδὲ δυοῖν ἐτέοιν τέλος ἐξανύσασα,
Φιλησίη τὴν κλῆσιν, Αὐσονὶς γένος.

Nam hic quoque quartus versus est iambicus, quem vox *Φιλησίη* flagitabat eadem ex caussa, qua ap. Critiam *Ἀλκι-*

οὐ γάρ πως ἦν τοὔνομ' ἐφαρμόζειν ἐλεγείῳ,
νῦν δ' ἐν ἰαμβείῳ κείσεται οὐκ ἀμέτρως.

Ex dicendi formula *Καὶ νῦν* abunde liquet non Alcibiadem solum, sed alios quoque viros perillustres a Critia celebratos fuisse elegis, quos olim utrumque illud exceperat distichum hucusque servatum.

Plutarchus autem in vita Alcib. c. 33. *Τὸ μὲν οὖν ψήφισμα τῆς καθόδου πρότερον ἐκεκύρωτο, Κριτίου τοῦ Καλλαίσχρου γράψαντος, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς ἐλεγείοις πεποίηκεν, ὑπομιμνήσκων τὸν Ἀλκιβιάδην τῆς χάριτος ἐν τούτοις·*

Γνώμη δ' ἥ σε κατήγαγ', ἐγὼ ταύτην ἐν ἅπασιν 4
εἶπον, καὶ γράψας τοὔργον ἔδρασα τόδε·

βιάδης. cf. d'Orvill. ad Charit. p. 258. Iacobs. ad Anth. Gr. Vol. III. P. 2. pag. 285 sq.

V. 3. Metro adversatur lectio Cod. Vrat. *τοὔνομα* pro vulg. *τοὔνομ'*.

V. 5. De Alcibiadis revocatione ac restitutione vid. Thucyd. VIII, 97. Diodor. Sic. XIII, 37. Critias tunc temporis (Olymp. XCII, 1.) fuit etiam *popularis* (*δημαγωγός*, v. Valckenar. Diatribe Euripid. p. 254.), quippe qui paulo ante Phrynichi, oligarchiae studiosi patriaeque proditoris, iam mortui cadaver ex patria eiiciendum plebiscito effecisset. Lycurg. in Leocrat 113. p. 164. Steph. *Ψηφίζεται ὁ δῆμος Κριτίου εἰπόντος τὸν μὲν νεκρὸν κρίνειν προδοσίας, κἂν δόξῃ προδότης ὢν ἐν τῇ χώρᾳ τεθάφθαι [Φρύνιχος], τά τε ὀστᾶ αὐτοῦ ἀνορύξαι καὶ ἐξορίσαι ἔξω τῆς Ἀττικῆς κ. τ. λ.* cf. Thucyd. VIII, 90 sqq. Lysias in Argorat. 70 sqq. p. 136. Steph. Meier. de bonis damnatorum p. 181. N. 68. Valckenarius l. c. scribit *Γνώμην δ' ἥ σε κ. τ. λ.* quod ex coniectura, non ex Codd. dedisse videtur.

V. 6. Pro lectione absurda *ἔγραψα* H. Stephanus princeps ex vetusto Cod. reposuit *ἔδρασα*, quae quidem lectio postea confirmata est Codicibus Parisiacis A. B. C. E. F. a Baehrio ad Plutarchi Alcib. collatis, unico D. vulgatam exhibente. Namque *γνώμην γράφειν* respondet Latinorum loquutioni *rogationem ferre*, *ἔργον δρᾶν* autem, *rogationem* (h. l. restitutionis tuae) *perferre*.

σφρηγὶς δ' ἡμετέρης γλώττης ἐπὶ τοῖσδεσι κεῖται.

4.

Plutarchus in Cimonis vita c. 10. *Γοργίας ὁ Λεοντῖνός φησι τὸν Κίμωνα τὰ χρήματα κτᾶσθαι μὲν, ὡς χρῷτο, χρῆσθαι δὲ, ὡς τιμῷτο· Κριτίας δὲ, τῶν τριάκοντα γενόμενος, ἐν τοῖς ἐλεγείοις εὔχεται*

Πλοῦτον μὲν Σκοπαδῶν, μεγαλοφροσύνην δὲ Κίμωνος,

V. 7. Formam poëticam restituendam censui, pro frequenti litterarum *Α* et *Η* permutatione; vulg. *σφραγὶς.* Theognis 19 sq.

Κύρνε, σοφιζομένῳ μὲν ἐμοὶ σφρηγὶς ἐπικείσθω
τοῖσδ' ἔπεσιν. λήσει δ' οὔ ποτε κλεπτομένη.

Lucian. Epigram. XXXV, 1. *Ἀῤῥήτων ἐπέων γλώσσῃ σφραγὶς ἐπικείσθω.* cf. Iacobs. ad Anth. Gr. Vol. II. P. 2. p. 433. Christodor. Copt. in Anth. Gr. T. III. p. 162. vers. 31. *χαλκείης ἐπέδησεν ὑπὸ σφραγῖδα σιωπῆς.* In Stobaei Florileg. XXXIV, 9. p. 215. Soloni ascribitur dictum: *Σφραγίζου τοὺς μὲν λόγους σιγῇ, τὴν δὲ σιγὴν καιρῷ.* — Simili more, quo hic *sigillum*, alias *clavis* est imago *taciturnitatis.* Sophocl. Oedip. Col. 1051. ed. Herm.

ὧν καὶ χρυσέα
κλῇς ἐπὶ γλώσσᾳ βέβακεν
προσπόλων Εὐμολπιδᾶν.

ἡμετέρης, omnes Codd. Paris. Ex manifesto errore profectum est *ἡμετέροις.* Deinde plerique *ἐπὶ τοῖσδεσι*, E. *ἐπὶ τοῖσδε σοι.* F. *ἐπὶ τοῖς δε σοι.* cf. Thiersch. Gram. Gr. §. 206, 23.

V. 1 sq. Atque huic etiam disticho sensum atque spiritum inesse politicum nemo sanus infitias ibit.

V. 1. Vulg. *Σκοπάδων.* *Ἴσως γραπτέον Σκοπαδῶν.* *ΚΟΡΑΗΣ.* Est enim haec forma patronymica. Unus ex *Scopadis* memoratur ap. Cic. de Orat. II, 86, 352. *Dicunt enim, cum coenaret Cranone in Thessalia Simonides apud Scopam, fortunatum hominem et nobilem, cecinissetque id carmen, quod in eum scripsisset, in quo multa ornandi causa poëtarum more in Castorem scripta et Pollucem fuissent, nimis illum sordide Simonidi dixisse, se dimidium eius ei, quod pactus esset, pro illo carmine daturum; reliquum a suis Tyndaridis, quos aeque*

νίκας δ' Ἀγεσίλα τοῦ Λακεδαιμονίου.

5.

Iam denique unicus superest pentameter, quem tamen, licet locum complectatur communem, in col-

---

laudasset, peteret, si ei videretur. Paullo post esse ferunt nuntiatum Simonidi, ut prodiret, iuvenes stare ad ianuam duos quosdam, qui eum magnopere evocarent; surrexisse illum, prodisse, vidisse neminem. Hoc interim spatio conclave illud, ubi epularetur Scopas, concidisse: ea ruina ipsum oppressum cum suis interisse. Extat Simonidis Threnorum fragmentum (II. ed. Gaisford.) in Stobaei Florileg. CV, 9. p. 560.

Ἄνθρωπος ἐὼν μήποτε φήσῃς ὅ τι γίγνεται,
μηδ' ἄνδρα ἰδὼν ὅσσον χρόνον ἔσσεται·
ὠκεῖα γὰρ οὐδὲ τανυπτερύγου μυίας
οὕτως ἁ μετάστασις.

Quae quidem verba in obtritos ruina conclavis Scopadas dicta esse patet ex Phavorini loco apud eundum Stob. CV, 62. *Ἄνθρωπος ὢν μηδέποτ' εἴπῃς, ὅ τι γίνεται αὔριον, μηδ' ἄνδρα ἰδὼν ὄλβιον, ὅσσον χρόνον ἔσεται, ἀλλὰ μηδὲ οἶκον· ὥσπερ ἀμέλει ὁ ποιητὴς διεξέρχεται τὴν τῶν Σκοπάδων ἀθρόαν ἀπώλειαν.* Plutarch. Cato Maior. c. 18. *Σκοπᾶς δὲ ὁ Θεσσαλὸς, αἰτουμένου τινὸς τῶν φίλων παρ' αὐτοῦ τοιοῦτον, ὃ μὴ σφόδρα ἦν χρήσιμον ἐκείνῳ, καὶ λέγοντος, ὡς οὐδὲν αἰτεῖ τῶν ἀναγκαίων καὶ χρησίμων· Καὶ μὴν ἐγὼ τούτοις, εἶπεν, εὐδαίμων καὶ πλούσιός εἰμι τοῖς ἀχρήστοις καὶ περιττοῖς.*

V. 2. *Ἀγεσίλα*] Sic primus dedit Stephanus eumque sequutus Coraës. Iunt. Ald. Crat. *Ἀγησιλάου.* Hinc Xylander: *νίκας Ἀγησίλεω*, ut metro satisfaceret. De forma *Ἀγησίλας* (pro *Ἀγησίλαος*) v. Spanheim. ad Callim. Lav. Pallad. 130. cf. Buttmann. Gram. Gr. Vol. I. p. 147. 203. Eadem forma contracta reperitur in antiquissimis inscriptionibus Graecis: sic *Σθενέλας* in Boeckhii Corp. Vol. I. N. 2. v. 3. Genitivus *Ἀρκεσίλα* ibid. v. 6. — Quinam fuerit ille *Agesilas* sive *Agesilaus*, ad liquidum perduci nequit: clarissimus ille Spartanorum rex temporum rationi adversatur. Temperare temen mihi non poteram quin assentirem Webero in Poët. eleg. p. 680., quippe qui *victorem certaminum publicorum* hoc loco intelligendum esse acutissime perspexisset.

lectionem elegorum politicorum recipere haud cunctati sumus, propterea quod ex ceteris reliquiis satis probabiliter colligitur, carminum elegiacorum a Critia conditorum summam atque finem redisse ad sententias politicas: quibus quam apte conveniant loci communes, perspectum habet is, qui Solonis atque Theognidis reliquias diligenter perlustravit.

Stobaei Florileg. XXIX, 10. p. 199. ed. Gesn.

6 *Ἐκ μελέτης πλείους ἢ φύσεως ἀγαθοί* *).

II. *ΕΞΑΜΕΤΡΟΙ.*

Sicut Critias sententias politicas quum versibus inclusit elegiacis tum etiam solutae orationi commisit, ita eiusdem supersunt Hexametri, quibus Anacreon celebratur poëta, unde coniicere liceat, Critiae carmina versibus heroicis condita respondisse Vitis illustrium virorum, quas ab ipso prosa oratione descriptas fuisse postea videbimus.

Athenaeus XIII. p. 600. E. *ὃν [Ἔρωτα] ὁ σοφὸς ὑμνῶν ἀεί ποτε Ἀνακρέων πᾶσίν ἐστι διὰ στόματος. λέγει οὖν περὶ αὐτοῦ καὶ ὁ κράτιστος Κριτίας τάδε·*

7 *Τὸν δὲ γυναικείων μελέων πλέξαντά ποτ᾽ ᾠδάς,*

---

*) Eandem sententiam expresserunt Epicharmus et Democritus apud eundem Stobaeum: prior XXIX, 54. *Ἁ δὲ μελέτα φύσιος ἀγαθᾶς πλεῦνα δωρεῖται, φίλοι.* alter XXIX, 66. *Πλέονες ἐξ ἀσκήσιος ἀγαθοὶ γίγνονται ἢ ἀπὸ φύσιος.* cf. Welcker. ad Theognid. p. LIV sq.

V. 1. *γυναικεῖα μέλη* spectant ad Anacreontis *Carmina amatoria.* Horat. Epod. 14, 10 sqq.

— *Anacreonta Teium,*
Qui persaepe cava testudine flevit amorem,
Non elaboratum ad pedem.

ἡδὺν Ἀνακρείοντα, Τέως εἰς Ἑλλάδ' ἀνῆγεν,
συμποσίων ἐρέθισμα, γυναικῶν ἠπερόπευμα,

Cicero Tusc. IV, 33, 71. *Anacreontis quidem tota poesis est amatoria.*

V. 2. De producta littera ε in voce Ἀνακρέων vid. Thierschii Gramm. Gr. §. 166, 8.

V. 3. *συμποσίων ἐρέθισμα*] Schweighaeuserus interpretatur: *Conviviorum oblectamentum*, sequutus, ut videtur, Kusterum ad Aristoph. Nub. 311. Quae tamen verane sit interpretatio legibusque sermonis Graeci accommodata, diligentius ponderandum est. Substantivum ἐρέθισμα apud Homerum nondum reperitur, sed verbum, unde illud deductum est, ἐρεθίζειν, significans *incitare*, *irritare*, *stimulare*, *lacessere*, *verbis vexare*. Il. α, 32. ἀλλ' ἴθι μή μ' ἐρέθιζε, σαώτερος ὥς κε νέηαι. ε, 419. κερτομίοις ἐπέεσσι Δία Κρονίδην ἐρέθιζον. ρ, 658. ὅστ' [λέων] ἐπεὶ ἄρ κε κάμησι κύνας τ' ἄνδρας τ' ἐρεθίζων. Odyss. τ, 45. ὄφρα κ' ἔτι δμωὰς καὶ μητέρα σὴν ἐρέθιζον. Profecto *irritamenta* haud raro consequitur *oblectamentum:* at ubi propria vocis significatio sufficit sententiae, cur confugiamus ad significationem deductam? Itaque *irritandi ac lacessendi studium* ac *dicaces facetiae*, ingeniosissimi cuiusque propriae, nonne in conviviis deceant ἡδὺν Ἀνακρείοντα? Atque Aristophanis locum Nub. 311. εὐκελάδων τε χορῶν ἐρεθίσματα, quum ab Scholiasta, interpretante ἁμίλλας, recte explicatus, tum maxime illustratur Euripid. Bacch. 134. (148.) δρόμῳ χοροὺς ἐρεθίζων πλανάτας, i. e. *cursu irritans, lacessens choros circumvagantes.* cf. Matthiae Not. Vol. VIII. p. 145.

γυναικῶν ἠπερόπευμα] Homer. Odyss. ο, 420 sqq.

πλυνούσῃ τις πρῶτα μίγη, κοίλῃ παρὰ νηΐ,
εὐνῇ καὶ φιλότητι· τάτε φρένας ἠπεροπεύει
θηλυτέρῃσι γυναιξὶ, καὶ ἥ κ' εὐεργὸς ἔῃσιν.

Ibid. 419. ἠπερόπευον, ubi Schol. vulg. explicat ἠπάτων. cf. ν, 327. ξ, 400. — Odyss. λ, 364 sqq.

ἠπεροπῆά τ' ἔμεν καὶ ἐπίκλοπον, οἷά τε πολλοὺς
βόσκει γαῖα μέλαινα πολυσπερέας ἀνθρώπους
ψεύδεά τ' ἀρτύνοντες, ὅθεν κέ τις οὐδὲ ἴδοιτο.

Iliad. γ, 39. Δύσπαρι, εἶδος ἄριστε, γυναιμανές, ἠπεροπευτά. cf. ν, 769. Ἠπερόπευμα est igitur Anacreontis *mulieres de-*

αὐλῶν ἀντίπαλον, φιλοβάρβιτον, ἡδὺν, ἄλυπον,
οὔποτέ σου φιλότης γηράσεται οὐδὲ θανεῖται,
ἔςτ' ἂν ὕδωρ οἴνῳ συμμιγνύμενον κυλίκεσσιν
παῖς διαπομπεύῃ, προπόσεις ἐπιδέξια νωμῶν,
παννυχίδας θ' ἱερὰς θήλεις χοροὶ ἀμφιέπωσιν,

---

cipientis et blando verborum lenocinio in fraudem adducentis, Schweighaeusero interprete.

V. 4. αὐλῶν ἀντίπαλον] „*Tibiarum hostem.* Comoediis et tragoediis scribendis minime aptum.“ DALECAMPIUS. Etenim tibiarum soni ad Choros peragendos adhibebantur, teste Horatio A. P. 202 sqq.

Tibia non, ut nunc, orichalco iuncta tubaeque
Aemula; sed tenuis simplexque foramine pauco,
Aspirare et adesse choris erat utilis, atque
Nondum spissa nimis complere sedilia flatu.

V. 5. φιλότης eodem sensu usurpatur hoc loco, quo apud Homerum sexcenties φιλότης καὶ εὐνή, sive φιλοτήσια ἔργα, ut Odyss. ν, 246.

V. 7. παῖς διαπομπεύῃ] *Sic Ms. Cod. noster uterque, non* διαπομπεύσῃ. *Pro* προπόσεις, *quod recte editum, mendose* πρόποσις *scribitur in A. Quam scripturam cum etiam in suo exemplari (ut videtur) reperisset Breviator, mutavit in* πρόποσιν. SCHWEIGHAEUSER. Extremo versu Cod. *A.* et *Epit.* confirmarunt Casauboni emendationem. Priores editiones dederant ἐπὶ δεξιὸν ὦμον. Simiter Critias fragm. 2, 7. καὶ προπόσεις ὀρέγειν ἐπιδέξια κ. τ. λ.

V. 8. Hic versus respicit ad nocturna sacrificia mulierum, quae cum Mysteriis Eleusinis coniuncta erant, illa quidem principio nequaquam inhonesta, Cicerone auctore de Legibus II, 14, 36. *Nam mihi cum multa eximia divinaeque videntur Athenae tuae peperisse atque in vita hominum attulisse, tum nihil melius illis Mysteriis, quibus ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem et mitigati sumus. — Quid autem mihi displiceat in NOCTURNIS, poetae indicant comici.* cf. Davis. ad h. l. Aristophan. Ran. 346. Praeterea respiciendus Pauwius, *Recherches philosophiques sur les Grecs* T. II. c. 8. §. 5. Sed haec ipsa sacra nocturna quantum pudicitiae obfuerint, Cicero ipse declarat l. c. §. 35. *Augusta illa My-*

πλάστιγξ ϑ' ἡ χαλκοῦ ϑυγάτηρ ἐπ' ἄκραισι καϑίζῃ,

---

steria, *si quidem sacra nocturna tollimus*. cf. Clemens Alex. Protrep. p. 19. Creuzer, *Symbolik* IV. p. 570 sq. ed. I.

V. 9 sq. Hoc loco describitur illud Cottabi genus, quod Scholiasta ad Aristoph. Pac. 1243. ait fuisse *οἷον λυχνίον ὑψηλὸν, ἔχον ἐν αὐτῷ πρόσωπον, ὃ ΜΑΝΗΝ ἐκάλουν, ἐφ' οὗ ἔδει πεσεῖν καταβαλλομένην τὴν πλάστιγγα*. cf. Athen. XV. p. 667. Illum *Manen* Sophocles apud Athen. XI. p. 487. D. significavit *χαλκεῖον κάρα*:

τάδ' ἐστὶ κνισμὸς καὶ φιλημάτων ψόφος,
τῷ καλλικοτταβοῦντι νικητήρια
τίϑημι καὶ βαλόντι χαλκεῖον κάρα.

Qualis fuerit *πλάστιγξ* (*πλάστιξ*, quod exhibent *Cod. A. Edd. Venet.* et *Bas.* pro falsa forma iam habuit Casaubonus) declarat Antiphanes ibid. Nimirum interroganti:

πλάστιγγα ποίαν; τοῦτο τοὐπικείμενον
ἄνω τὸ μικρὸν, τὸ πινακίσκιον λέγεις;

respondet alter: *τουτέστι πλάστιγξ*. Deinde:

— — — — *ἐὰν τύχῃ μόνον*
αὐτῆς, ἐπὶ τὸν μάνην πεσεῖται, καὶ ψόφος
ἔσται πάνυ πολύς.

Itaque *πλάστιγξ* est lanx, quae vini guttis, *ὑπὸ τοῦ κοτταβίζοντος* immissis, deprimitur.

ϑ' ἡ χαλκοῦ ϑυγάτηρ] (*Cod. A. τε ἡ χ. ϑ. Epit. δ' ἡ χ. ϑ.*) i. e. *aenea*, *ex aere facta*. vid. ad fragm. 1, 12. — *ἐπ' ἄκραισι καϑίζῃ*. Ita emendanda est librorum Mss. lectio *καϑίζει*, editionum *καϑίζοι*, ut respondeat subiunctivis praecedentibus. *ἐπ' ἄκραισι*, forma substantiva, *in summo fastigio*, non, ut Schweighaeuserus paene invitus explicat, forma adiectiva, quae referatur ad *κορυφαῖς*, ille quidem vix sese expediens ex hac difficultate: „Sed non nimis commodum videtur, quod simul iungitur adiectivum *ὑψηλαῖς*, eandem fere notionem habens. Vellem *ὑψηλαῖς* ad *ψακάδεσσιν* referri posset, quo sensus esset: *Bromii guttis ex alto proiectis*. Quod quoniam ob interiectum substantivum *κορυφαῖς* vix fieri potest, ferendus fuerit ille pleonasmus *ἄκραισι ὑψ. κ.* et, verum si quaeris, non prorsus synonyma sunt voc. *ἄκρος* et *ὑψηλός*." — Immo *κοττάβου ὑψηλαῖς κορυφαῖς* appositio est ad illustrandam notionem generalem *ἐπ' ἄκραισι*.

κοττάβου ὑψηλαῖς κορυφαῖς, Βρομίου ψακάδεσσιν.

Restat hexameter, quo suam de natura mentis humanae sententiam inclusisse dicitur Critias:

8 *Αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐστι νόημα.*

Ac ne quis dubitet illam quidem Critiae esse sententiam, summus auctor est Aristoteles: Ἕτεροι δ' αἷμα [τὴν ψυχὴν εἶναι λέγουσιν], καθάπερ Κριτίας, τὸ αἰσθάνεσθαι τῆς ψυχῆς οἰκειότατον ὑπολαμβάνοντες. τοῦτο δὲ ὑπάρχειν διὰ τὴν τοῦ αἵματος φύσιν [1]). Quem in locum Ioannes Philoponus animadvertens Critiae ipsius excitavit verba: Κριτίαν ἔτι, τὸν ἕνα τῶν τριάκοντα, ὃς καὶ Σωκράτους ἠκροάσατο. — οὗτος οὖν τὴν ψυχὴν ἔλεγεν αἷμα εἶναι· Αἷμα γὰρ (φησὶν) ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐστι νόημα. τοῦτο δὲ, ἐπειδὴ τὴν ψυχὴν τὸ αἰσθάνεσθαι ἐχαρακτήριζεν. ἀναίσθητα δὲ τὰ ἄναιμα τῶν μορίων· τρίχες, ὀστᾶ ὄνυχες, καὶ τὰ τοιαῦτα· ὥστε τῆς αἰσθήσεως αἴτιον τὸ αἷμα· ἡ δὲ αἴσθησις ψυχῆς ἴδιον· οὐκοῦν τὸ αἷμα ψυχὴν καὶ τοῦ ἰατρικοῦ λόγου δεικνύντος τὰ νεῦρα ἢ μόνα ἢ μάλιστα αἰσθητικά. καὶ ταῦτα οὐ πάντα, ἀλλά τινα· ἔτι δὲ

V. 10. *Βρομίου ψακάδεσσιν*] Est *Dativus* qui dicitur *commodi: πλάστιγξ B. ψ.* i. e. *lanx, quae constituta est ad suscipiendas Bromii guttas, unde deprimeretur atque Manen tangens sonum ederet. Βρόμιος* est idem qui *Bacchus* vocabulum, deductum a Baccharum strepitu et furore: sic Glaucus in Anth. Gr. T. III, p. 57. *Βάκχα — ἀνθρώσκει δ' ὡς βρωμιαζομένη.* — *ψάκαδεσσιν*] Hanc formam tuentur Mss. At *ψεκάδεσσιν* in editionibus est forma serioris aetatis. — Ex his omnibus utriusque postremi versus sententia nascitur haec: *Nunquam Anacreontis delebitur memoria, quousque ludent homines atque osculabuntur. Oscula* enim, ut supra vidimus, inter cetera fuerunt *praemia*, *ἆθλα τῶν κοτταβιζόντων.*

1) De Anima I, 2. extr. Pollux Onom. II, 226. Ὁ νοῦς — περὶ τὸ αἷμα, ὡς Ἐμπεδοκλῆς τε καὶ Ἀριστοτέλης. Pollux temere confudisse videtur Aristotelem atque Critiam, cuius sententia ab illo laudatur.

καὶ τὸ αἷμα ψυχὴ, τὰ ἄναιμα ἄρα τῶν ζώων ἄψυχα· ἄναιμα δὲ πάντα τὰ ἔντομα, μυῖαι, μύρμηκες καὶ εἴ τι ὅμοιον· ἅπερ ὅτι καὶ αἰσθήσεως μετέχει, προφανὲς οὐδὲ τοῦ αἰσθάνεσθαι ἄρα αἴτιον τὸ αἷμα. καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ψυχὴ τὸ αἷμα, εἴγε καὶ τὰ ἄναιμα τῶν ζώων καὶ ἔμψυχα καὶ αἰσθητικά [2]).

Iam vero haec res permagnam movet dubitationem, propterea quod Porphyrius aliique illum versum Empedocli, non Critiae, assignarunt. Ille quidem: *Οἴεται γὰρ*, inquit, *καὶ Ὅμηρος, καθὰ καὶ πλεῖστοι τῶν μετ' αὐτὸν ὑπέλαβον, ἐν τῷ αἵματι εἶναι ἀνθρώποις τὴν περὶ τὰ θνητὰ φρόνησιν, ἐπεὶ καὶ τῶν μετ' αὐτὸν πολλοὶ τοῦτο πιστοῦνται, δεικνύντες ἔτι καὶ ὑποθερμανθὲν ὑπὸ πυρετοῦ καὶ χολῆς, ἀφραίνειν ποιεῖ καὶ ἀνοηταίνειν. Ἐμπεδοκλῆς τε οὕτω φαίνεται, ὡς ὀργάνου πρὸς σύνεσιν τοῦ αἵματος ὄντος, λέγων·*

Αἵματος ἐν πελάγεσσι τεθραμμένη ἀντιθρῶντος,
τῇ τε νόημα μάλιστα κυκλίσκεται ἀνθρώποισιν.
αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐστι νόημα [3]).

---

2) Com. ad Aristot. de Anima Litt. C. p. 8 extr. cf. Litt. A. p. 4 extr. *Οἱ δὲ ἐκ συνημμένων, ὡς Κριτίας, ὁ εἷς τῶν τριάκοντα· αἷμα γὰρ ἔλεγεν εἶναι τὴν ψυχήν· Αἷμα γὰρ ἀνθρώποις κ. τ. λ.*

3) In Stobaei Eclog. Phys. LII, 49. p. 1024. ed. Heeren. Postremum versum Empedocli ascriptum laudat etiam Etymolog. M. v. *Αἷμα*, ubi tamen omisso *ἐστὶ* legitur *ἀνθρώποισι*, metro adversante. Praeterea huc spectat Chalcidii locus ad Timaeum p. 305. „Empedocles principalem animae vim constituit in corde, sic dicens:

Sanguine cordis enim noster viget intellectus.

Si quidem intimis nostris sensibus sentimus, quae sunt extra nos, propter cognationem. Ideoque ait:

Terram terreno sentimus, ut aethera flammis,
Humorem humecto, nostro spirabili flatu."

Hoc saltem apparet ex Porphyrii loco, Empedoclem neque unicum nec principem fuisse auctorem illius de mente humana sententiae, sed ante ipsum vel Homerum [4]): immo communis illa videtur fuisse multorum, sive poetarum sive philosophorum, sententia eademque vetustissima. Quod apparet potissimum ex loco Tertulliani, quippe qui versum laudatum non ad Empedoclem tantummodo, sed vel ad Orpheum rettulerit, dicens *τὸ ἡγεμονικὸν* esse „nec in superciliorum meditullio, ut Strato Physicus, nec in tota lorica pectoris, ut Epicurus, sed (supple *in sanguine*) quod et Aegyptii renunciaverunt ei, qui divinarum commentatores videbantur, et ille versus *Orphei* vel *Empedoclis:*

Namque hominis sanguis circumcordalis est sensus [5]).“

Itaque statuendum videtur, versum illum in ore hominum Graecorum atque in communibus proverbiis esse versatum inde ab antiquissimis temporibus, ita ut pro consuetudine plurimorum versuum, qui *gnomici* aut *proverbiales* dicuntur, a quolibet poeta, cui placuit illius sententia, in ordinem recipi posset. Atque huc

---

Cic. Tusc. I, 9, 19. „Empedocles animum esse censet *cordi suffusum sanguinem.*“ Id. I, 17, 41. „nec tam vegeta mens aut in corde cerebrove aut in *Empedocleo sanguine* demersa iaceat.“ cf. Sturz. ad Emped. p. 440 sqq. Fragm. v. 315 sqq. Ceterum fugerat virum doctissimum Philoponi, quem laudavimus, locus.

4) Accuratius id explicat Etymolog. M. v. *Αἷμα* his verbis: *Τινὲς δὲ καὶ Ὅμηρον οἴονται ταύτης εἶναι τῆς δόξης [τὴν ψυχὴν εἶναι αἷμα] ἐν τῷ λέγειν·*

— ψυχὴ δὲ κατ' οὐταμένην ὠτειλὴν

ἔσσυτ' ἐπειγομένη — Iliad. ξ, 518 sq. cf. ρ, 86. Virgil. Aen. X, 908. *Undantique animam diffundit in arma cruore.* cf. Servius ad h. l. Plin. H. N. XI, 90. *Magna et in eo* [sanguine] *vitalitatis portio. Emissus spiritum secum trahit.*

5) Tertullian. de Anima c. 15. cf. Th. Canteri Var. Lectt. I, 5. Sturz. ad Emped. p. 442.

etiam respicere videtur Lucretius, quo auctore *homines ferunt se scire animae naturam sanguinis esse* [6]). Proprie igitur ille versus neque Empedoclis fuit, neque Critiae, sed universae potius antiquitatis Graecae communis, licet ille uterque eo usus sit, si quidem vere tradunt Tertullianus, Galenus, Macrobius aliique, et Empedoclem et Critiam *animum* collocasse in *sanguine* [7]).

III. *ΙΑΜΒΟΙ.*

In Io. Alb. Fabricii Bibliotheca Graeca (lib. II. p. 673 sq. T. II. p. 294. ed. Harles.) Critias Tyrannus redactus est iam in *Catalogum Poetarum tragicorum.* Quibus tamen rationibus id fieri potuerit, quaestio est longe difficillima, quam quidem prorsus ad liquidum perducere etiam hodie aliquis frustra conetur. Quatenus veritati propius accedere liceat, age, nunc videamus periculum faciendo.

α. Σίσυφος.

Ac primum quidem Sextus Empiricus adversus Physicos (pag. 262 sqq. ed. Fabric.) eorum hominum censum agens, qui deos esse negent, Critiam quoque adduxit dicentem, veteres legumlatores hominum recte

---

6) Lucret. III, 43. Etiam Plato in Phaedone p. 96. B. *πότερον τὸ αἷμά ἐστιν ᾧ φρονοῦμεν, ἢ ὁ ἀὴρ ἢ τὸ πῦρ;* Clemens Alex. Paed. I, 6. p. 21. *Πρωτόγονον γὰρ τὸ αἷμα εὑρίσκεται ἐν ἀνθρώπῳ, ὃ δή τινες οὐσίαν εἰπεῖν ψυχῆς τετολμήκασιν.*

7) Copiosius de hac re infra disseremus ad Critiae versus iambicos.

factis atque peccatis praefecisse numen quoddam, ne quis, deorum vindictam reveritus, proximo clam inferret iniuriam, ad eamque sententiam confirmandam ipsius Critiae laudavit versus iambicos, quos tamen unde deprompserit non indicavit: *Καὶ ΚΡΙΤΙΑΣ δὲ, εἷς τῶν ἐν Ἀθήναις τυραννησάντων, δοκεῖ ἐκ τοῦ τάγματος τῶν ἀθέων ὑπάρχειν, φάμενος, ὅτι οἱ παλαιοὶ νομοθέται ἐπίσκοπόν τινα τῶν ἀνθρωπίνων κατορθωμάτων καὶ ἁμαρτημάτων ἔπλασαν τὸν ΘΕΟΝ ὑπὲρ τοῦ μηδένα λάθρα τὸν πλησίον ἀδικεῖν, εὐλαβούμενον τὴν ὑπὸ τῶν θεῶν τιμωρίαν· ἔχει δὲ παρ' αὐτῷ τὸ ῥητὸν οὕτως·*

9 *Ἦν χρόνος, ὅτ' ἦν ἄτακτος ἀνθρώπων βίος*
καὶ θηριώδης, ἰσχύος θ' ὑπηρέτης,
ὅτ' οὐδὲν ἄεθλον οὔτε τοῖς ἐσθλοῖσιν ἦν,

V. 1 sqq. Sententia est paene eadem, quam Horatius expressit Satir. I, 3, 99 sqq.

Quum prorepserunt primis animalia terris,
Mutum et turpe pecus, glandem atque cubilia propter
Unguibus et pugnis, dein fustibus atque ita porro
Pugnabant armis, quae post fabricaverat usus,
Donec verba, quibus voces sensusque notarent,
Nominaque invenere: dehinc absistere bello,
Oppida coeperunt munire et ponere leges,
Ne quis fur esset, neu latro, neu quis adulter.

cf. Heindorf. ad Platon. Phaedon. 102. Lucret. V, 781 sqq. Paullo aliter versus 1. legitur ap. Plutarch. Placit. I, 7. *Ἦν γὰρ χρόνος, ὅτ' ἄτακτος ἦν ἀνθρώπων βίος·* ita quidem, ut metrum minus sit elegans.

V. 3. Sexti Codd. *ἄεθλον*. Quam quidem formam dissolutam cur Barnesius mutaverit in *ἆθλον*, haud perspicio. Ceterum spectat hic versus ad morem, Graecorum inde ab antiquissimis temporibus communem, iis praemia proponendi, qui in ludis publicis victores extiterint. Homer. Iliad. χ, 162 sqq.

ὡς δ' ὅτ' ἀεθλοφόροι περὶ τέρματα μώνυχες ἵπποι
ῥίμφα μάλα τρωχῶσι· τὸ δὲ μέγα κεῖται ἄεθλον,
ἢ τρίπος ἠὲ γυνὴ, ἀνδρὸς κατατεθνηῶτος κ. τ. λ.

οὔτ᾽ ἂν κόλασμα τοῖς κακοῖς ἐγίγνετο.
κἄπειτά μοι δοκοῦσιν ἄνθρωποι νόμους
θέσθαι κολαστὰς [ἀνομίης], ἵν᾽ ἡ δίκη
[κρατ] ᾖ τύραννος, τήν θ᾽ ὕβριν δούλην ἔχῃ·
ἐζημιοῦτο δ᾽ εἴ τις ἐξαμαρτάνοι.
ἔπειτ᾽ ἐπειδὴ τἀμφανῆ μὲν οἱ νόμοι
ἀπῆγον αὐτοὺς ἔργα μὴ πράσσειν βίᾳ,

V. 4. Libri οὔτ᾽ ἄν. Musgravius scripsit αὖ, sine iusta ratione. Particula ἄν hoc loco habet significationem *consuetudinis*, atque referenda est simul ad praecedentem sententiam: *Nec fortibus praemia, nec malis supplicia constitui solebant.* cf. Buttmanni Gramm. Gr. §. 126. N. 5. Acutissime etiam Hermannus ad Viger. p. 820. *Ἄν cum indicativo cuiusvis temporis coniunctum, saepe nihil aliud significat, quam accidere vel accidisse aliquid, non certo quodam tempore, sed quotiescunque occasio ita ferret.*

V. 6 sq. Codd. Sexti: *θέσθαι κολαστὰς, ἵνα δίκη τύραννος ᾖ, τήν θ᾽ ὕβριν δούλην ἔχῃ.* Quae quidem verba quum metrum non explerent, Grotius post *τύραννος ᾖ* ex coniectura inseruit *γένους βροτείου*. Idem vero cur extremo versu 7. transposuerit verba *δούλην ἔχῃ*, nemo intelligit. Atque Petitus in Misc. Obs. I, 1. versum restituere conatus est hunc in modum: *θέσθαι κολαστὰς τοῖς κακοῖς ἵν᾽ ἡ δίκη Κρατῇ τύραννος τὴν δ᾽ ὕβ. κ. τ. λ.* Utraque restituendi ratio, licet ingeniosissime instituta sit, caret tamen fulcimento historico. Itaque novum facere periculum haud cunctati sumus, hocce adhibito Plutarchi loco (Placit. I, 7.): *ἔπειτά φησι [Κριτίας?] τὴν ἀνομίαν λυθῆναι νόμων εἰσαγωγῇ.* Itaque Genitivum *ἀνομίης* inserendum esse censuimus ad metrum implendum, in ceteris Petiti acumine sublevati: infra v. 40. *τὴν ἀνομίαν τε τοῖς νόμοις κατέσβεσεν.* — Praeterea sententia tyranno longe dignissima, quippe qui iustitiam tyrannicam (*τύραννοι, τὸ ἐφ᾽ ἑαυτῶν μόνον προορώμενοι ἔς τε τὸ σῶμα καὶ ἐς τὸ τὸν ἴδιον οἶκον αὔξειν.* Thucyd. I, 17.) esse statuat. Neque aliena est talis sententia a Sisyphi moribus, *τοῦ κερδίστου ἀνθρώπων.*

V. 10. Codd. Sexti *ἀπῆγον*. Plutarch. l. c. *ἐπεὶ γὰρ ὁ νόμος τὰ φανερὰ τῶν ἀδικημάτων εἴργειν ἐδύνατο κ. τ. λ.* Unde Normanno pro *ἀπῆγον* legendum placuit *ἀπεῖργον*. At Plu-

λάθρα δ' ἔπρασσον [ἄδικα], τηνικαῦτά μοι
δοκεῖ πυκνός τις καὶ σοφὸς γνώμην ἀνὴρ
γνῶναι δέον θνητοῖσιν, ἐξευρὼν, ὅπως
εἴη τι δεῖμα τοῖς κακοῖσι, κἂν λάθρα
πράσσωσιν ἢ λέγωσιν ἢ φρονῶσί τι.

---

tarchus non exhibet ipsa Critiae verba, verum sensum tantummodo sive interpretationem.

V. 11 sqq. Sexti Codd. tres, qui sequuntur, ita exhibent versus:

λάθρα δ' ἔπρασσον, τηνικαῦτά μοι δοκεῖ
πυκνός τις καὶ σοφὸς γνώμην ἀνὴρ
γνῶναι δὲ ὃς θνητοῖσιν ἐξευρὼν, ὅπως κ. τ. λ.

Et quum versus, qui in medio positus est, uno pede careret, Grotius post pronomen τις inserendum coniecit ἄλλος. Idem seq. versu γεγονέναι ὃς θνητ — quod tamen minus apte cum verbis sequentibus cohaeret. Normannus loco Grotiani ἄλλος dedit ὄντως, deinde γνῶναι δέον θνητοῖσιν ἐξευρεῖν. Petitus l. c. πυκνός τις εἰδεῖν καὶ σοφὸς γνώμην ἀνὴρ γνῶναι, δέος θνητ. κ. τ. λ. Fabricio non placuit Petiti δέος, quia mox sequeretur δεῖμα. Heathius: Γνῶναι τόδ' ὃς —. Musgravius: Φῦναι πυκνός τις — γνῶναι δ' ἔπος κ. τ. λ. — Iam vero Plutarchus l. c. κρύφα τ' ἈΔΙΚΟΥΝ πολλοὶ, τότε τὶς σοφὸς ἀνὴρ ἐπέστησεν, ὡς δεῖ ἀεὶ ψευδεῖ λόγῳ τυφλῶσαι τὴν ἀλήθειαν κ. τ. λ. Haec quidem verba si quis sequetur, eidem v. 11. scribendum videbitur: λάθρα δ' ἔπρασσον ἌΔΙΚΑ, τηνικαῦτά μοι, ita ut δοκεῖ transferatur ad supplendum versum sequentem. Restat igitur emendandus v. 13. cuius initium haecce praebet elementa: ΓΝΩΝΑΙΔΕΟΣΘΝΗΤΟΙΣΙΝ. Quid multa? Veram rationem indagavit Normannus: γνῶναι δέον θνητοῖσιν —, unica littera Σ permutata in Ν. Sed non opus est cum eodem participium ἐξευρὼν permutare infinitivo ἐξευρεῖν. Sensus enim ita se habet: *Homo quidam sapiens perspexisse videtur id quod necessarium fuit hominibus, quippe qui invenerit* (*i. e. primus instituerit*), *ut metus quidam iniiciatur improbis, etiamsi clam aliquid sive faciant sive dicant sive sentiant.*

V. 15. Codd. φρονῶσιΝ, unde rectissime emendarunt Grotius et Normannus φρονῶσιΤΙ. Petiti coniectura φρονῶσιν αὖ minus probabilis est.

ἐντεῦθεν οὖν τὸ θεῖον εἰςηγήσατο,
ὡς ἔστι δαίμων, ἀφθίτῳ θάλλων βίῳ,
νόῳ τ᾽ ἀκούων καὶ βλέπων φρονῶν τ᾽ ἀεὶ
προςσχών τε ταῦτα, καὶ φύσιν θείαν φορῶν,
ὃς πᾶν τὸ λεχθὲν ἐν βροτοῖς ἀκούεται,
ὃς δρώμενον δὲ πᾶν ἰδεῖν δυνήσεται.

V. 16. Codd. *εἰσηγήσατο*, ut infra v. 25. Barnesius temere emendavit *ἐξηγήσατο*. De interpretatione huius loci non possumus consentire cum Welckero, summo viro, *Trilog. Prom.* p. 554. hunc in modum exponente: *Merkwürdig ist, dass er* [Kritias] *dennoch das Göttliche* (*τὸ θεῖον*) *gebraucht* (16), *um unter den Menschen durch irgend einen* (24) *einzuführen, dass ein Gott* (*δαίμων*) *sey.* Subiectum sententiae ex praecedentibus repetendum videtur, *πυκνός τις κ. τ. λ.* ita ut *τὸ θεῖον* obiectum sit, dependens a verbo *εἰσηγήσατο.* Illud *θεῖον*, quum minus certum sit, v. 17 sqq. accuratius explicatur. Quod patet etiam ex v. 24 sqq. ubi *λέγων*, ad *ἀνὴρ* referendum, non *λέγον*, ad *τὸ θεῖον.*

V. 18. Pseudo - Plutarch. l. c. hunc versum ita recitat: *ὃς ταῦτ᾽ ἀκούει καὶ βλέπει φρονεῖ Τ᾽ ἌΓΑΝ.* Unde verisimile videtur totum versum ex memoria descripsisse Ps. - Plutarchum. Extremo versu, quo Sexti Codd. exhibent *φρονῶν ΤΕ ΚΑΙ*, levi medicina restituendum est *φρονῶν Τ᾽ ἈΕΙ.*

V. 19. Codd. *προσέχων τε ταῦτα*, pro quo Grotius dedit *πάντα.* Sine iusta caussa. *ταῦτα*, i. e. *τὰ λάθρα ἢ πρασσόμενα ἢ λεγόμενα ἢ φρονούμενα*, dictum est *δεικτικῶς.* In verbo *προσέχειν* eadem inest vis, quae in Latino *animadvertere:* etenim sicut Graece dicitur *προσέχειν νοῦν τινι* atque *προσέχειν τι*, ita Latine *animum advertere alicui rei* atque *animadvertere aliquid.* — Ceterum praetuli scribere *προςΣχών τε*, pro vulg. *προςΕχων τε*, inductus potissimum exemplis Aristophanicis, Nub. 566. ed. Wolf. (576.)

ὦ σοφώτατοι θεαταί, δεῦρο τὸν νοῦν πρόσσχετε. 1116. *προσσχέτω τὸν νοῦν.* Pherecrates in Schol. ad Nub. 563. *Ἄνδρες πρόσσχετε* (vulg. *πρόσχετε*) *τὸν νοῦν.* Quam facile etiam littera *Σ* commutari potuerit cum littera *Ε*, neminem fugit. cf. Porson. praef. ad Euripid. Hecub. p. L.

V. 21. Codd. *ὑφ᾽ οὗ πᾶν τὸ λεχθὲν ἐν βροτοῖς ἀκούεται ὃς δρώμενον δὲ πᾶν κ. τ. λ.* Verba *ὑφ᾽ οὗ*, sive (ut edd.) *ἐφ᾽*

ἐὰν δὲ νῦν σιγῇ τι βουλεύῃς κακόν,
τοῦτ' οὐχὶ λήσει τοὺς θεούς· τὸ γὰρ φρονοῦν
[θεοῖς] ἔνεστι. τούςδε τοὺς λόγους λέγων,
διδαγμάτων ἥδιστον εἰςηγήσατο,
ψεύδει καλύψας τὴν ἀλήθειαν λόγῳ·
αἰεὶ δ' ἔφασκε τοὺς θεοὺς ἐνταῦθ', ἵνα

οὗ glossatoris sunt, non Sexti intercedentis, ut Fabricius opinatur. Inde Salmasius restituendum proposuit: ὃς πᾶν τὸ λ. ἐ. β. ἀ. καὶ δρώμενόν τε κ. τ. λ. Normannus pro ἀκούεται scripsit ἀκούσεται, ut responderet sequenti δυνήσεται, quae tamen mutatio fuit haud ita necessaria. cf. Thierschii Gramm. Gr. §. 289, 19. — Grotius:

ὑφ' οὗ τὸ λεχθὲν ἐν βροτοῖς ἀκούεται
πᾶν· δρώμενον δὲ πᾶν ἰδεῖν δυνήσεται.

Heathius: ὃς πᾶν τὸ λ. ἐν β. ἀκούεται, τὸ δρώμενόν τε κ. τ. λ. Musgrav. πᾶν μὲν τὸ λ. ἐν β. ἀκούσεται, ἐς δρώμενον δὲ πᾶν. — At omisso glossemate ὑφ' οὗ et substituendo pronomine ὃς totus locus sanatus esse videtur: namque repetitum pronomen ὃς habet vim quandam hoc loco minime otiosam.

V. 22. Edd. ἐὰν δὲ σὺν σιγῇ. Grot. ἐάν τε σ. σ. in *Ms. Savil.* omissa est praepositio σύν, quae iam Fabricio suspecta videbatur: neque tamen eidem assentiendum est opinanti illud σὺν additum esse supplendo versui: immo librarii est, propter Dativum σιγῇ temere scribentis ΣΥΝ pro ΝΥΝ, quod sententiae omnino consentaneum. Heath. ἐάν περ οὖν σ.

V. 24. Codd. ἔνεστι· τούςδε τοὺς λόγους λέγων. Quo in versu quum unus pes desideraretur, Grotius proponebat: ἔνεστι· τούςδε τοὺς λ. ΑΥΤΟΙΣ λέγων. Heathius illud αὐτοῖς in principio versus collocavit, ubi Normannus iniunxerat θεοῖς, nostra quidem sententia maxime probandum, propterea quod Dativus ΘΕΟΙΣ facilius excidere potuit propter praecedentem accusativum ΘΕΟΥΣ. Neque languida est hoc loco repititio eiusdem vocis. Musgrav. Ἔν ἐστι [θείων·] τούςδε τις λ. λ. — Subiectum proximae sententiae est ille πυκνὸς καὶ σοφός.

V. 27 sqq. Eadem paene de Epicuro Lucret. I, 63 sqq.

Humana ante oculos fede quom vita iaceret
In terris, obpressa gravi sub Religione;

μάλιστα γ᾽ ἐξέπληξεν ἀνθρώπους ἄγων,
ὅθεν περ ἔγνω τοὺς φόβους εἶναι βροτοῖς
καὶ τὰς πονήσεις τῷ ταλαιπώρῳ βίῳ,
ἐκ τῆς ὕπερθε περιφορᾶς, ἵν᾽ ἀστραπὰς

Quae caput a coeli regionibus obtendebat,
Horribili super adspectu mortalibus instans;
Primum Graius homo mortaleis tollere contra
Est oculos ausus primusque obsistere contra:
Quem neque facta deum, nec fulmina, nec minitanti
Murmure conpressit coelum; sed eo magis acrem
Inritat animi virtutem, ecfringere ut arta
Naturae primus portarum claustra cupiret.

V. 27. Codd. *αἰεὶ δ᾽ ἔφασκε τοὺς θεοὺς ἐνταῦθ᾽, ἵνα μάλιστά γ᾽ ἐξέπληξεν ἀνθρώπους ἄγων.* Cui sententiae quid insit offensionis, nihil video: *ἔφασκε* (sc. *ὁ πυκνὸς*) *τοὺς θεοὺς αἰεὶ ἐνταῦθα* (sc. *εἶναι*), *ἵνα ἄγων τοὺς ἀνθρώπους μάλιστα ἐξέπληξεν αὐτούς*· i. e. *dicere solebat deos in eo semper commorari loco, quo deducens homines maxime perterruit.* Hinc sequitur eas, quas modo recensebimus, virorum doctorum non esse emendationes, verum aut corruptiones aut interpretationes. Grotius: *εἶναι δ᾽ ἔφασκε — ἐκπλήξειεν — λέγων.* Heath. *εἶναι δ᾽ ἔφασκε — γ᾽ ἐξέπληξ᾽ ἂν ἀνθρώπους ἄγων.* Toupius, Emendationum in Suidam praef. T. II. p. 7. *εἶναι δ᾽ ἔφασκε — μάλιστ᾽ ἂν ἐξέπληξεν ἀ. λέγων.* Musgrav. *ναίειν δ᾽ ἔ. — ἐκπλήξειεν — ἄγων.*

V. 30. Codd. *πονήσεις.* Musgrav. *ὀνήσεις*, temere sine dubio.

V. 31. *ἐκ τῆς ὕπερθε περιφορᾶς.* Haec sententia accuratior est descriptio particulae *ὅθεν* v. 29. *ex orbe astrorum*, sive *ex coelo.* Eadem fuit sententia Democriti ap. Sextum Emp. p. 554. *Εἰσὶ δ᾽ οἱ ἀπὸ τῶν γιγνομένων κατὰ τὸν κόσμον παραδόξων ὑπονοήσαντες εἰς ἔννοιαν ἡμᾶς ἐληλυθέναι θεῶν· ἀφ᾽ ἧς φαίνεται εἶναι δόξης καὶ ὁ Δημόκριτος· Ὁρῶντες γὰρ* (φησὶ) *τὰ ἐν τοῖς μετεώροις παθήματα οἱ παλαιοὶ τῶν ἀνθρώπων, καθάπερ βροντὰς καὶ ἀστραπὰς κεραυνούς τε καὶ ἄστρων συνόδους, ἡλίου τε καὶ σελήνης ἐκλείψεις, ἐδειματοῦντο, θεοὺς οἰόμενοι τούτων αἰτίους εἶναι.* Hinc sua Epicurus ap. Lucret. l. c. Statius Theb. III, 661. *Primus in orbe deos fecit timor.* cf. Petron. p. 677. ed. Burmann. Eadem paene

κατεῖδεν οὔσας, δεινὰ δὲ κτυπήματα
βροντῆς, τό τ' ἀστερωπὸν οὐρανοῦ δέμας,

---

significat etiam Aristoteles Metaphys. I, 2. διὰ τὸ θαυμάζειν ἄνθρωποι καὶ νῦν καὶ τὸ πρῶτον ἤρξαντο φιλοσοφεῖν.

V. 32. Musgravius iterum parum religiose mutavit Codd. lectionem in ἀστραπῆς κατεῖδεν ἐναύσεις, δεινὰ δ' αὖ κ. Altero hemistichio H. Stephanus et *Ms. Ciz.* δεινὰ δὲ κτυπήματα. Edd. δεινὰ δ' ἐκτυπήματα, unde Grotius restituere voluit ἐκτυπώματα. At iustae desiderantur rationes ad depungendam priorem lectionem huic loco prorsus congruam.

V. 33. Sextus τό τ' ἀστερωπὸν οὐρανοῦ δέμας, χρόνου κ. τ. λ. Aliter Plutarch. Placit. I, 6. Ὁ μὲν γὰρ λοξὸς κύκλος ἐν οὐρανῷ διαφόροις εἰδώλοις πεποίκιλται· (Arat. Phaenom. 445 sqq.)

τῷ ἐνὶ καρκίνος ἐστὶ, λέων δ' ἐπὶ τῷ, μετὰ δ' αὐτὸν
παρθένος, αἱ δ' ἐπί οἱ χηλαὶ καὶ σκορπίος αὐτός,
τοξευτής τε καὶ αἰγόκερως, ἐπὶ δ' αἰγοκέρῃϊ
ὑδροχόος, δύο δ' αὐτὸν ἐπ' ἰχθύες ἀστερόεντες,
τοὺς δὲ μέτα κριὸς, ταῦρος δ' ἐπὶ τῷ δίδυμοί τε.

μύρια δ' ἄλλα καθ' ὁμοίας τοῦ κόσμου περικλάσεις πεποίηκεν. ὅθεν καὶ Εὐριπίδης (?) φησὶ

τὸν ἀστερωπὸν οὐρανοῦ σέλας
χρόνον, καλὸν ποίκιλμα τέκτονος σοφοῦ.

ἐλάβομεν δ' ἐκ τούτου ἔννοιαν θεοῦ κ. τ. λ. Haec quidem sectio accommodata esse videtur ad Euripidem Ion. 1078 (1097) sq.

ὅτε καὶ Διὸς ἀστερωπὸς
ἀνεχόρευσεν αἰθήρ.

Eadem sententia excerpta est ab auctore historiae philos. cap. 8. in Galeni Operibus: ἔχομεν δὲ ἔννοιαν τούτου [τοῦ θεοῦ] ἐκ τοῦ κάλλους καὶ μεγέθους τῶν ὁρωμένων αὐτοῦ δημιουργημάτων· οὐδὲν γὰρ τῶν καλῶν εἰκῇ γεγένηται, ἀλλ' ὑπὸ δημιουργοῦ σοφοῦ. ὅθεν Εὐριπίδης εἶπεν· Ἀστέρες δ' ἐν οὐρανῷ ποίκιλμα τέκτονος σοφοῦ· ἐλάβομεν δὲ ἔννοιαν ἐκ τούτου, τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, σὺν τοῖς λοιποῖς τῶν ἀστέρων τὴν ὑπόγειον φορὰν ἐνεχθέντας, ὁμοίως ἀνατέλλειν τοῖς χρώμασι καὶ τοῖς σχήμασιν. — Ut vero revertamur ad ponderandas varias lectiones, primum Sexti οὐρανοῦ δέμας quum rarior est lectio, tum habet notionem, ut ita dicam magis plasticam, eamque congruam sequenti τέκτονος σοφοῦ; deinde omnis orationis conditio apud Sextum inte-

χρόνου καλὸν ποίκιλμα, τέκτονος σοφοῦ·
ὅθεν τε λαμπρὸς ἀστέρος στείχει μύδρος,

---

gritatem ostendit ita comparatam, ut Pseudo-Plutarchum potius insequatur suspicio. — Musgravius pro δέμας dedit δέπας, pro consueta corrigendi vel potius corrumpendi cupidine. Valckenarius Diatribe Euripid. p. 135. v. 41. „*Annum* recentiores Graeci χρόνον vocabant: *Schol. Aesch.* in argum. Trag. VII. c. Theb. *Schol.* in *Eurip.* Or. (ed. *King.*) v. 901. 1687. *Eustath.* in *Hom. Il.* B. p. 172, 9. μετὰ τοὺς ἐννέα δηλαδὴ χρόνους. conf. *Io. Mill.* ad finem Ev. *Matthaei* et *Marci*. T. H. in *Aristoph.* Plut. p. 178. et p. 407.“ — Verissima est Fabricii ad hunc locum annotatio: *Coelum*, inquit, *sideribus pictum eleganter vocatur* χρόνου καλὸν ποίκιλμα; *per astrorum enim ortus et occasus tempora distinguuntur, nec tantum hoc facit sol, diei opifex, lunaque, solis aemula, noctis decus, ut dicitur Apuleio lib. de Deo Socratis, sed ceterae quoque stellae dispositae, ut temporum limites essent astrorumque signa, monente Chalcidio, sive* ὄργανα τοῦ χρόνου, *ut ex Proclo notavit Grotius ad Genes. I*, 14. *facta* εἰς γένεσιν ἀριθμοῦ καὶ χρόνου καὶ δεῖξιν τῶν ὄντων, *ut verbis utar Alcinoi c.* 14. — Hinc potissimum apud recentiores Graecos deducta esse videtur significatio *anni*, proprie aliena a voce χρόνος. Etiam Plutarch. Quaest. Platon. VIII, 2. οὐ γὰρ ἅπαξ, ἀλλὰ πολλάκις ὄργανα χρόνου τοὺς ἀστέρας εἴρηκεν, ὅπου καὶ τὸν ἥλιον αὐτὸν εἰς διορισμὸν καὶ φυλακὴν ἀριθμῶν χρόνου γεγονέναι φησὶ μετὰ τῶν ἄλλων πλανητῶν.

V. 35. Codd. ἀστέρος. Edd. ἀστέρες, profectum sive ex librarii cuiusdam sive typothetae incuria. Atque Barnesius iudicium protulit minime logicum, utpote qui ex hac unica sententia colligendum statuerit, aperte Euripidem totius loci auctorem esse, qui Anaxagorae praeceptoris mentem pressis vestigiis sequatur; illum enim teste Diogene L. II, 8. *solem* dixisse μύδρον, hoc esse λίθον ἢ σίδηρον πεπυρακτωμένον, iuxta eiusdem Diogenis Epigramma II, 15.

Ἠέλιον πυρόεντα μύδρον ποτ' ἔφασκεν ὑπάρχειν,
καὶ διὰ τοῦτο θανεῖν μέλλεν Ἀναξαγόρας.

Atque minime sibi constans, pro nimio emendandi studio, idem Barnesius legendum proponit etiam λαμπρὸς ἀστέρων στείχει χορός. — Musgrav. λ. ἀστέρας σπέρχει μύδρος. — So-

ὅ θ' ὑγρὸς εἰς γῆν ὄμβρος ἐκπορεύεται.
τοιούςδε περιέστησεν ἀνθρώποις φόβους,
δι' οὓς καλῶς τε τῷ λόγῳ κατῴκισεν

---

lis quidem candorem hoc loco intelligendum atque ἀστέρος dictum esse κατ' ἐξοχήν, nemo infitias ibit. Atque re vera etiam Anaxagoras dixit τὸν ἥλιον λίθον διάπυρον εἶναι. Xenoph. Mem. IV, 7. 7. Platon. Apolog. p. 26. D. Neque tamen illam primam fuisse Anaxagorae doctrinam, sed vel ad fabulas redire atque Tantalo iam tribui a veteribus (an non etiam Sisypho?) ex Eustathio ad Odyss. α. p. 457, 51. et Schol. Pindar. in Ol. I, 97. docuit Valckenarius Diatrib. p. 51. Quae quum ita sint, cur non eadem Critiae aut Sisyphi personati potuit esse sententia?

V. 36. ἐκπορεύεται exhibent Codd. unde Grotius sine caussa sibi finxit εἰςπορεύεται, atque Musgrav. εἰςπορίζεται, novum profecto emendandi furoris specimen.

V. 37. Codd. omnes praebent τοιούτους, quod tamen, ut metro aptarent, Normannus atque Grotius merito emendarunt τοιούςδε, quoniam utraque vox propter scripturae compendium permutari potuerat. — *Ms. Ciz.* habet περιέστησεν, sc. ὁ πυκνός. Minus bene edd. περιέστησαν. H. Stephanus: τοιούτους δὲ περιέστησ' ἀνθρώποις φόβους.

V. 38 sq. κατῴκισε τὸν δαίμονα. *Ita Ms. Ciz. et H. Steph. pro perf.* κατῴκικε. *pro* τὸν δαίμονα *Grot. et Norm.* τοὺς δαίμονας, *Salmas.* τὸ δαιμόνιον. *Sic metrum constat.* — καὶ ἐν πρέποντι χωρίῳ. *Ita edd. atque ita in suo Cod. legit interpres Hervetus. Neque sensus admittit, quod in Ms. Ciz. et H. Steph. legas* οὐκ ἐν πρέποντι χωρίῳ. FABRICIUS. Ceterum sensus est hic: *Ope timoris, hominum animis iniecti, callidus ille numen quum bene constituit oratione, tum in conspicuo collocavit loco.* Musgravius totum locum mutavit hac ratione:

φόβου
στοίχους, καλῶς τε τῷ λόγῳ κατῴκισε
τὸν δαίμον' ὄγκων, ἐν πρέποντι χωρίῳ.

Sed quid iuvant tales emendationes!

Notandum est apud eundem Musgravium Euripid. fragm. ed. Lips. omnino desiderari versum 40., quem apud Sextum haec verba excipiunt: καὶ ὀλίγα δὲ προςδιελθὼν ἐπιφέρει· οὕτω δὲ πρῶτον κ. τ. λ.

τὸν δαίμονα καὶ ἐν πρέποντι χωρίῳ,
τὴν ἀνομίαν τε τοῖς νόμοις κατέσβεσεν.

— — — — — — — —

οὕτω δὲ πρῶτον οἴομαι πεῖσαί τινα
θνητοὺς νομίζειν δαιμόνων εἶναι γένος.

Huius fragmenti sententiam idem Sextus Empiricus (Hypotyp. p. 182.) ita expressit: *Θεοὺς γὰρ οἱ μὲν πολλοί φασιν εἶναι, τινὲς δὲ οὐκ εἶναι· ὥςπερ οἱ περὶ Διαγόραν τὸν Μήλιον καὶ Θεόδωρον καὶ ΚΡΙΤΙΑΝ τὸν Ἀθηναῖον.* Eandem narrationem memoriae prodidit scriptor, cui in rebus historicis summa plerumque praestanda est fides, Plutarchus in libello de Superstitione: *Τί δὲ Καρχηδονίοις οὐκ ἐλυσιτέλει, ΚΡΙΤΙΑΝ λαβοῦσιν ἢ Διαγόραν νομοθέτην ἀπ᾽ ἀρχῆς, μήτε τινὰ θεῶν μήτε δαιμόνων νομίζειν, ἢ τοιαῦτα θύειν, οἷα τῷ Κρόνῳ ἔθυον; οὐχ, ὥςπερ Ἐμπεδοκλῆς φησι, τῶν τὰ ζῶα θυόντων καθαπτόμενος·*

Μορφὴν δ᾽ ἀλλάξαντα πατὴρ φίλον υἱὸν ἀείρας,
σφάζει ἐπευχόμενος μέγα νήπιος. (Fragm. 384 sqq.)

ἀλλ᾽ εἰδότες καὶ γιγνώσκοντες αὐτοὶ τὰ αὐτῶν τέκνα καθιέρευον [1]).

Quae quidem testimonia si quis comprehenderit, Ciceronem quoque suffragantem nanciscetur, quippe qui, etiamsi non disertis verbis Critiae mentionem fecerit, tamen ad eum respicere videatur: *Nisi forte,* inquit, *Diagoram aut Theodorum, qui omnino deos esse*

V. 42. *Ms. Ciz.* transpositione verborum: *εἶναι δαιμόνων γένος,* quod tamen constructionem resipit in ordinem logicum redactam.

1) Cap. 12. cf. Wyttenbachii Animadv. p. 1036. *Legislatorum nomen non abhorret ab eius* [Critiae] *persona, quandoquidem princeps triginta virorum sive tyrannorum Athenis fuit.* De aliis hominibus atheis vid. Cic. N. D. I, 1, 23. Plutarch. adv. Stoicos c. 31.

negabant, censes superstitiosos esse potuisse. Ego ne Protagoram quidem, cui neutrum liquerit, nec esse deos, nec non esse. Horum enim sententiae omnium non modo superstitionem tollunt, in qua inest timor inanis deorum, sed etiam religionem, quae deorum cultu pio continetur. Iam vero, quae abhinc sequuntur, nonne ad Critiae sententiam referenda videantur ei, qui istorum versuum iambicorum argumentum cognitum habet? *Quid ii, qui dixerunt totam de diis immortalibus opinionem fictam esse ab hominibus sapientibus rei publicae caussa, ut, quos ratio non posset, eos ad officium religio duceret, nonne omnem religionem funditus sustulerunt?* [2]) — Profecto, id luce clarius, atque magis etiam patet, propterea quod Diagoras, Theodorus, Protagoras et Critias vulgo tanquam finitimi laudantur apud scriptores veteres: ex quibus praeter Plutarchum supra iam laudatum huc referendus est etiam Theophilus Antiochenus, ita enarrans: *Πυθαγόρας δὲ τοιαῦτα μοχθήσας περὶ θεῶν καὶ τὴν ἄνω κάτω πορείαν ποιησάμενος, ἔσχατον ὁρίζει φύσιν καὶ αὐτοματισμὸν εἶναι, φησί τε τῶν πάντων θεοὺς ἀνθρώπων μηδὲν φροντίζειν, ὁπόσα τε Κλιτόμαχος ὁ Ἀκαδημικὸς περὶ ἀθεότητος εἰςηγήσατο; τί δ' οὐχὶ καὶ Κριτίας καὶ Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης λέγων· Εἴτε γὰρ εἰσὶ θεοί, οὐ δύναμαι περὶ αὐτῶν λέγειν, οὔτε, ὁποῖοί εἰσι, δηλῶσαι· πολλὰ γάρ ἐστι τὰ κωλύοντά με* [3]). Huc etiam accedit, quod Philostratum enarrantem iam vidimus

2) Cic. N. D. I, 42, 117. 118.

3) Ad Autolycum lib. III. p. 121. ad calcem ed. Paris. Iustini Martyris. De Protagora Diogenes Laert. IX, 51. *τοῦτον ἤρξατο τὸν τρόπον· Περὶ μὲν θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι, εἴθ' ὡς εἰσὶν, εἴθ' ὡς οὐκ εἰσὶν· πολλὰ γὰρ τὰ κωλύοντα εἰδέναι, ἥ τε ἀδηλότης καὶ βραχὺς ὢν ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου. διὰ ταύτην δὲ τὴν ἀρχὴν τοῦ συγγράμματος ἐξεβλήθη πρὸς Ἀθηναίων, καὶ τὰ βιβλία αὐτοῦ κατέκαυσαν ἐν τῇ ἀγορᾷ.* cf. Cic. N. D. I, 23, 63. De Weberi suspicione vid. ad Philostrati Vit. Crit. §. 3.

Critiam prodidisse sacra, ita ut Weberus pari modo, quo Protagoram tradant, Critiam quoque ἀσεβείας damnatum fuisse haud improbabiliter coniecerit.

Quae quidem testimonia quum per se gravissimi sunt momenti, tum etiam confirmantur altera quadam eiusdem Critiae sententia, cuius fundamentis illa de deorum origine tanquam superstructa esse videtur. Namque Aristotelem (de Anima I, 2.) iam vidimus enarrantem, a Critia animum positum esse in sanguine [4]). Iam vero satis verisimiliter concluditur hominem, qui mentem in sanguine posuerit, eundem deos esse negaturum. Eadem sententia fuit Empedoclis, quippe qui pari modo animum esse senserit cordi suffusum sanguinem [5]). Unde factum est, ut huius opinionis auctores Critias atque Empedocles saepe coniunctim proponantur: sic Galenus: *Καὶ αὐτὸς οὖν, λανθανόμενος τῶν οἰκείων δογμάτων, αἷμά φησιν εἶναι τὴν ψυχὴν, ὡς Ἐμπεδοκλῆς καὶ Κριτίας ὑπέλαβον* [6]).

Quod igitur pertinet ad argumentum illius fragmenti, nemo id a Critiae sentiendi ratione alienum habere possit, quamvis minime sit necesse scriptor, qui cogitationes ad aliorum hominum ab se personato-

---

4) Vide ad Fragm. 8.

5) Cic. Tusc. I, 9, 19. Pseudo-Plutarch. Placit. IV, 5. *Ἐμπεδοκλῆς ἐν τῇ τοῦ αἵματος συστάσει.* cf. Pseudo-Galen. Hist. philos. c. 28. Euseb. Praep. Ev. XV, 61. I, 8. p. 28. Sext. Emp. adv. Mathem. I, 303. Voss. ad Virgil. Georg. II, 184. p. 439. Sturz. ad Emped. Fragm. p. 440 sqq. (v. ad Fragm. 8.) H. Ritter in Wolfii Analect. II. p. 457.

6) Tom. I. p. 264. ed. Basil. Tertullian. de Anima c. 5. Operum T. IV. p. 217. ed. Semler. *Nec illos dico solos, qui eam* [animam] *de manifestis corporalibus effingunt, ut Hipparchus et Heraclitus ex igni, ut Hippon et Thales ex aqua, ut Empedocles et Critias ex sanguine* cett. Macrob. in Somn. Scip. I, 14. *Plato dixit animam essentiam se moventem, — Empedocles et Critias sanguinem.*

rum ingenium accommodavit, semper suam quoque profiteatur opinionem. Atqui Critias ipse a Platone inducitur deos imprecatus: quanquam nemo temperare sibi poterit, quin huic ipsi deorum invocandorum rationi ironiam quandam inesse ducat, facetam quidem illam atque elegantem. Hermocrates enim, qui Critiam ad narrandum incitat, *Προϊέναι τε οὖν*, inquit, *ἐπὶ τὸν λόγον ἀνδρείως χρὴ, καὶ τὸν Παίωνά τε καὶ τὰς Μούσας ἐπικαλούμενον τοὺς παλαιοὺς πολίτας ἀγαθοὺς ὄντας ἀναφαίνειν τε καὶ ὑμνεῖν.* Cui quidem respondet Critias: *Παραμυθουμένῳ οὖν καὶ παραθαῤῥύνοντί σοι πειστέον, καὶ πρὸς οἷς θεοῖς εἶπες τούς τε ἄλλους κλητέον, καὶ δὴ καὶ τὰ μάλιστα Μνημοσύνην· σχεδὸν γὰρ τὰ μέγιστα ἡμῖν τῶν λόγων ἐν ταύτῃ τῇ θεῷ ἐστίν* [7]. Profecto res ipsa fert, ut in vetusta fabula enarranda memoriae auxilium sit maximum; at Musae, Mnemosynes filiae, adiutrices fuerunt satis idoneae: imprimis vero spectandum, quod *παραθαῤῥυνόμενος* modo deos invocavit Critias, atque omnino necessitate quadam coactus ad illud prooemium progressus esse videtur.

Quae quidem omnia recte se haberent, nisi Pseudo-Plutarchus de Placitis philosophorum Sexti Empirici hac in re auctoritatem fluctuantem reddere videretur, utpote qui aliquot versus, ex fragmento, quod modo tractavimus, iambico desumptos, ad Euripidem retulisset. *Καὶ Εὐριπίδης ὁ τραγῳδιοποιὸς ἀποκαλύψασθαι μὲν οὐκ ἠθέλησε [τὸ μὴ εἶναι θεούς], δεδοικὼς τὸν Ἄρειον πάγον, ἐνέφηνε δὲ τοῦτον τὸν τρόπον· τὸν γὰρ ΣΙΣΥΦΟΝ εἰςήγαγε προστάτην ταύτης τῆς δόξης, καὶ συνηγόρευσεν αὐτοῦ ταύτῃ τῇ γνώμῃ·*

ἦν γὰρ χρόνος (φησὶν) ὅτ' ἄτακτος ἦν ἀνθρώπων βίος,
καὶ θηριώδης ἰσχύος θ' ὑπηρέτης.

---

7) Platon. Critias p. 108. C. D.

ἔπειτά φησι τὴν ἀνομίαν λυθῆναι νόμων εἰςαγωγῇ· ἐπεὶ γὰρ ὁ νόμος τὰ φανερὰ τῶν ἀδικημάτων εἴργειν ἐδύνατο, κρύφα τε ἠδίκουν πολλοὶ, τότε τις σοφὸς ἀνὴρ ἐπέστησεν, ὡς δεῖ ἀεὶ ψευδεῖ λόγῳ τυφλῶσαι τὴν ἀλήθειαν καὶ πεῖσαι τοὺς ἀνθρώπους,

ὡς ἔστι δαίμων ἀφθίτῳ θάλλων βίῳ,
ὃς ταῦτ᾽ ἀκούει καὶ βλέπει φρονεῖ τ᾽ ἄγαν [8]).

Ex his compagibus expediri sane difficillimum. Per se quidem absurdum est illum qualemcunque scriptorem Euripidem inter atheos retulisse, propterea quod is Sisyphum talem in scenam produxit, qualis vita ac moribus fuit spectatus. Deinde vero considerandum est opus ipsum, quod nomen quidem Plutarchi in fronte gerit, cuius tamen ratio et oratio prorsus abhorrent a Plutarchi ingenio; si quidem recte iudicat Wyttenbachius, doctissimus et elegantissimus scriptoris Chaeronensis interpres, haec insuper addens: *In materia si quid sit, de quo non statuo, Plutarchei, hoc e perditis quibusdam germanis libris compilatum sit* [9]). Verba illa Pseudo-Plutarchi praeter versus allatos expressa sunt etiam apud Eusebium in Praeparatione Evangelica (XIV, 16. init. p. 755. ed. Colon.), ita ut sive unus ex altero sua deprompsisse, sive uterque ex communi quodam fonte hausisse putandus sit. Sequitur tertius locus, ad eundem fontem referendus, in Historia philosophica, quae vulgo in Galeni operibus numeratur: *Τοὺς μὲν τῶν προτέρων φιλοσοφούντων εὑρήκαμεν θεοὺς ἠγνοηκότας, ὡς Πρωταγόραν τὸν Ἐλεῖον καὶ Θεόδω-*

---

8) Placit. Philos. I, 7. cf. I, 6.

9) Praef. ad Plutarchi Moral. Vol. I. p. CIXVIII. Id. Vol. VIII. p. 517. *Compendium est maioris operis, sive Plutarchei sive alterius: certe compendium, neque illud a Plutarcho factum.* Copiosius de hac re disseruit Chr. Dan. Beckius in editione illius opusculi ita inscripta: *Plutarchi de Physicis Philosophorum Decretis. Lipsiae 1787. 8. min.*

ρον τὸν Κυρηναῖον καὶ Εὐήμερον τὸν Τεγεάτην· οὐ γὰρ εἶναι θεοὺς εἰπεῖν τετολμήκασιν. ἔοικε δὲ ταύτης ὑπολήψεως Εὐριπίδης, κἂν τοῦτο μὲν αὐτὸς οὐ λέγῃ διὰ δέος τῶν Ἀρεοπαγιτῶν, ἀλλὰ τὸν Σίσυφον εἰςήγαγε τοῦτο λέγοντα [10]).

Iam quidem re vera Euripides Olympiade nonagesima prima fabulam docuisse traditur, cui titulus *Sisyphi*, illam tamen satyricam, una cum trilogia tragica Alexandri, Palamedis atque Troianorum, teste Aeliano V. H. II, 8. *Κατὰ τὴν πρώτην καὶ ἐνενηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, καθ' ἣν ἐνίκα Ἐξαίνετος ὁ Ἀκραγαντῖνος στάδιον, ἀντηγωνίσαντο ἀλλήλοις Ξενοκλῆς καὶ Εὐριπίδης. Καὶ πρῶτός γε ἦν Ξενοκλῆς* [v. Aristoph. Ran. 86.], *ὅςτις ποτὲ οὗτός ἐστιν, Οἰδίποδι καὶ Λυκάονι καὶ Βάκχαις καὶ Ἀθάμαντι Σατυρικῷ. τούτου δεύτερος Εὐριπίδης ἦν Ἀλεξάνδρῳ καὶ Παλαμήδῃ καὶ Τρωσὶ καὶ Σισύφῳ Σατυρικῷ.* Quid autem, quaeso, commune est fragmenti iambici, ab

---

10) Cap. 8. ed. Charter. cf. Beck. l. c. p. XXI sqq. *Galeni, nobilissimi et medici et philosophi, nomine, sed falso, ornatur libellus περὶ φιλοσόφων ἱστορίας (in Hippocr. et Galeni Opp. ex ed. Ren. Charterii T. II. p. 21 sqq. Par. 1679. f.) cuius auctor ipse fassus est, se collegisse, quae dispersa per plures invenisset libros mentitus forte labores nunquam susceptos. Etsi vero priora libri capita omnino sunt a nostris diversa; tamen pleraque inprimis inde a l. 2. Pseudoplut. ita conspirant, ut aut ab eodem auctore utrumque opus confectum, aut potius e communi fonte ductum esse videatur. Nunc enim uberius quaedam a Pseudogaleno exposita; nunc brevius commemorata* [sicut nostro loco] *invenies, quod fieri constat, ubi duo pluresve ex eodem libro pro suo quisque ingenio nonnulla decerpunt. Quae quidem sententia confirmari magis iis videtur, quae in Iohannis Stobaei Eclogis Physicis leguntur. Quod opusculum, ut nunc est, plurima philosophorum decreta iisdem, quibus nostrum, verbis exprimit, alia, quae in nostro desunt, addit; coniungit, quae in hoc libello in capita sunt divisa; longe diverso plura exhibet ordine; quaedam brevius tradit, sed nonnulla tam copiose et diligenter, ut vestigia antiqui libri mihi reperisse visus sim, unde contraxisse sua Noster putari possit.*

Sexto Empirico servati, cum argumento dramatis satyrici? Num forte Sisyphum a poeta in scenam productum esse censeas serio graviterque de origine deorum colloquentem cum Satyris istis dicacibus ac protervis, aut philosophantem de rerum natura? Quis unquam in illud fragmentum accommodabit dramatis satyrici argumentum, quale ab Horatio descriptum est?

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum,
Mox etiam agrestis Satyros nudavit, et asper
Incolumi gravitate iocum tentavit, eo quod
Illecebris erat et grata novitate morandus
Spectator, functusque sacris et potus et exlex.
Verum ita risores, ita commendare dicacis
Conveniet Satyros, ita vertere seria ludo,
Ne, quicunque deus, quicunque adhibebitur heros,
Regali conspectus in auro nuper et ostro,
Migret in obscuras humili sermone tabernas,
Aut, dum vitat humum, nubes et inania captet.
Effutire levis indigna tragoedia versus,
Ut fertis matrona, moveri iussa diebus,
Intererit Satyris paullum pudibunda protervis [11].

---

11) Horat. A. P. 220 sqq. De argumento Σισύφου δραπέτου, fabulae satyricae, v. Welckeri *Trilogie Prom.* p. 555 sqq. Aug. Gu. Schlegelius *über dram. Kunst* I. p. 263 sq. *Diess* (drama satyricum) *war eine gemischte Nebengattung der tragischen Poesie, die wir schon im Vorbeygehen erwähnt haben. Das Bedürfniss einer Erholung des Geistes nach dem ergreifenden Ernst der Tragoedie scheint ihr, sowie überhaupt dem Nachspiel, den Ursprung gegeben zu haben. Das satyrische Drama bestand nie für sich allein: es wurde als Anhang zu mehreren Tragoedien gegeben, und war auch allem Vermuthen nach immer beträchtlich kürzer. Der äussere Zuschnitt gleicht dem der Tragoedie, der Stoff war ebenfalls mythologisch. Das unterscheidende Merkmal war ein aus Satyrn bestehender Chor, welcher solche Heldenabentheuer, die schon an sich einen hei-*

Rectissimum est igitur Valckenarii iudicium (Diatribe Euripid. p. 209.): *Istiusmodi fabulae iocosae* (sc. satyricae), *quibus probabiliter plebs Attica multo magis delectabatur, quam heroicorum dramatum severitate, nihil admodum continebant ad virtutis commendationem aut mores formandos. Nihil itaque, quod meminerim, Stobaeus ex Euripidis excerpsit Cyclope, nihil ex Autolyco, nihil ex Sisypho, nihil ex Syleo, quod ego quoque Satyricum fuisse drama suspicor.* Accedit eiusdem Valckenarii sententia, quam de dictione atque colore illius fragmenti iambici protulit: *Ex illa* [Euripidis Sisypho], *velut fabula satyrica, perexigua quaedam nobis innotuere fragmenta; sed istiusmodi fabulae minime congrua ῥῆσις, quam ex eius Sisypho Grotius et Barnesius exhibent, illa, meo iudicio, multum ab Euripideo scribendi colore diversa, Critiae tanquam auctori tribuenda est cum Sexto Empir. p. 562.* [12]).

Itaque quum nobis Valckenarium sequentibus illorum versuum iambicorum argumentum prorsus alie-

---

tern Anstrich hatten (*wie manche in der Odyssee: denn auch hievon wie von so vielem liegt der Keim im Homer*) *oder dessen empfänglich waren, mit muntern Gesängen Gebehrden und Sprüngen begleiteten* cett. Extat de eadem re Welckeri liber, nuper editus, quem nondum inspicere mihi licebat: *Nachtrag zu der Schrift: Ueber die Aeschyl. Tril. Nebst einer Abh. üb. d. Satyrspiel.* Francof. a. M. 1826. 8.

12) Diatrib. p. 14. cf. p. 208. *Mihi versus isti non videntur Euripidis* cett. Consentit etiam Welckerus *Trilogie Prom.* p. 554. *Aus dem Sisyphos des Sophokles ist ein einziges Wort bekannt, aus dem des Kritias eine längere Stelle enthalten. Hierin wird die Vorstellung, dass die Götter alles Thun, Reden und Denken der Menschen wissen, welche die Grundidee des Aeschylischen Sisyphos war, entwickelt. Der philosophische Verfasser übrigens erklärt diess für eine herrliche, sehr nützliche Erfindung, Wahrheit in gedichteter Rede, um durch Furcht die vorher thierisch lebenden Menschen zum Gesetzlichen anzutreiben.*

num esse videatur a dictione fabulae satyricae, inquirendum restat, quid ansam dederit Pseudo-Plutarcho sive Pseudo-Galeno sive auctori cuicunque, ut aliquot versus, ex ampliore fragmento decerptos, ad Euripidem referrent. Critiam quidem scripsisse carmina scenica, satis apparet ex Athenaeo (X. p. 496. B.) *Pirithoum* laudante, quam tamen fabulam incertam esse ait Critiaene sit an Euripidis. Nihil autem ambiguitatis in hac quaestione inerat, si Critias nunquam scripsisset, ne dicam, docuisset fabulas. Neque ullam excogitabis rationem, quae hominem, nescio quem, commoverit, ut ad certum drama versus quosdam referret, qui nunquam compositi essent ad dialogum. Multo autem probabilius, ut in iisdem binarum fabularum titulis auctores ipsi aut eorum versus ac sententiae confusae sint, praesertim ubi alter in tractanda poesi scenica tantum consequutus est celebritatis et splendoris, ut vel ex solo titulo singularum fabularum constaret auctor. Quam facile igitur accidere potuit homini non satis erudito, ut versus ex Sisypho quadam fabula depromptos Euripidi assignaret, cuius nomen in omnium ore et sermone fuit? Quidquid vero Critiae revocavit memoriam, hominis crudelissimi et tyranni Graecorum moribus infestissimi, id quidem, licet ingeniosissime fuerit conditum, consulto neglectum, meritam effugit gloriam et aequam aestimationem: ita ut Hadriani Imperatoris et Antonini utriusque aetate Critiae scripta a Graecis vehementer contempta et oblivioni iam tradita, Herodes Atticus, rhetor clarissimus, rursus digna haberet, quae ipse imitaretur atque in popularium familiaritatem reducere studeret [13]). Unde

---

13) Philostrat. Vit. Herod. c. 14. p. 564. *παρήγαγεν αὐτὸν [Κριτίαν] ἐς ἤθη Ἑλλήνων, τέως ἀμελούμενον καὶ περιορώμενον.*

verissime iudicavit Philostratus constantem Critiae tyrannidis amorem effecisse, ut vel ingenii ac sapientiae virtutes splendidissimae una cum ipsius nomine execrato oblitterarentur: *Εἰ γὰρ*, inquit, *μὴ ὁμολογήσει ὁ λόγος τῷ ἤθει, ἀλλοτρίᾳ γλώττῃ δόξομεν φθέγγεσθαι, ὥςπερ οἱ αὐλοί* [14]. Quid igitur facilius, quam ut homo temerarius permutaverit duplicem *Sisyphum*, alteram *Critiae tragoediam* [15]), alterum *Euripidis drama satyricum?*

Quod autem attinet ad coniecturam, a P. Petito in Observationibus miscellaneis (I, 1.) allatam, cui mutili visi sunt hoc loco Sexti Empirici Codices, ea quidem omni fundamento historico destituta est: namque Fabricius, qui omnes, quos nactus erat, Codices pro consueta religione accuratissime inspexit, contrariam profert sententiam, omnesque libros manuscriptos consentire fatetur in lectione omnium editionum communi. Neque omnino sermoni aliquid inest, quod levissimum prodat mutilationis vestigium: immo tota sententia ita cohaeret, ut neque ex glossemate profecta neque ab argumento ipsorum versuum aliena videri possit. Attamen si eidem Petito reapse videtur Critiam tam bonos et egregios versus pangere non potuisse, nescio sane, quid ineptius moliri potuerit doctissimus vir: aut enim oscitans alucinatus est, aut nunquam inspexit atque cognitos habuit Critiae versus elegiacos.

---

14) Vit. Crit. §. 9. Idem apparet ex Polluc. Onom. VI, 153. *Οἱ μὲν ψευδομάρτυρες εἴρηνται παρὰ Κριτίᾳ καὶ ὁ ψευδομάρτυς· οὐκ οἶδα δὲ, εἴ που καὶ τὸ ψευδομαρτυρεῖν ὁ αὐτὸς λέγει.* Hoc scire debebat, si omnes Critiae libri in promptu fuissent.

15) Aeschyli quoque fuit *Sisyphus* atque Sophoclis, v. Welcker. *Tril. Prom.* p. 550 sqq.

In tractando huius fabulae argumento poeta imprimis sequutus esse videtur Homerum, qui Sisyphum omnium hominum callidissimum designat:

Ἔστι πόλις Ἐφύρη, μυχῷ Ἄργεος ἱπποβότοιο,
ἔνθα δὲ Σίσυφος ἔσκεν, ὃ κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν [16].

Idem in Odyssea λ, 593 sqq. Sisyphum describit apud inferos poenas solventem, nulla tamen indicata criminis caussa. Hinc probabile videtur improbam istam calliditatem Sisypho contraxisse supplicium infernum. Plerique scriptores veteres a singularibus calliditatis speciminibus poenam repetierunt, atque alii quidem ab aliis [17]. Sisyphus igitur fabula referenda est ad cyclum earum tragoediarum, in quibus primas partes homines agere solent, apud inferos peccata luentes, Προμηθεὺς καὶ ὅσα ἐν ᾅδου, ut Aristoteles ait (Poet. c. 18.), qui deinde Sisyphum quoque tangens: Ἐν δὲ ταῖς περιπετείαις, inquit, καὶ ἐν τοῖς ἁπλοῖς πράγμασι στοχάζονται οὗ βούλονται θαυμαστοῦ· τραγικὸν γὰρ τοῦτο καὶ φιλάνθρωπον. ἔστι δὲ τοῦτο, ὅταν ὁ σοφὸς μὲν, μετὰ πονηρίας δὲ, ἐξαπατηθῇ, ὥςπερ Σίσυφος, καὶ ὁ ἀνδρεῖος μὲν, ἄδικος δὲ ἡττηθῇ [18].

---

16) Iliad. ζ, 152 sq. Consentit Hesiodi fragm. XXVIII, 4. Σίσυφος αἰολομήτης. Theognis 702 sq.

Πλείονα δ' εἰδείης Σισύφου Αἰολίδεω,
ὅς τε καὶ ἐξ Ἀΐδεω πολυϊδρίῃσιν ἀνῆλθεν.

Pindar. Olymp. XIII, 73. Σίσυφον μὲν πυκνότατον παλάμαις ὡς θεόν. Aristoph. Acharn. 398. μηχανὰς τὰς Σισύφου. Platoap. Cic. Tusc. I, 41, 98. *Sisyphi prudentiam.* At Plato ipse in Apologia Socr. p. 41. C. non significavit *prudentiam.* cf. Welcker. *Prom.* p. 551. N. 853.

17) V. Schol. ad Homeri Il. α, 180. ζ, 594. Pausan. II, 5, 1. Apollodor. I, 9. 3. III, 12, 6. Hygin. 7, 60. Vet. Interp. ad Statii Theb. II, 380. cf. Welcker. l. c. p. 553 sq.

18) Poet. XVIII, 19. Welcker. p. 550. *In der Poetik wird Sisyphos, als der Schlaue, aber Böse, welcher von höherem Verstande überwunden und unterdrückt wird, als ein der Tra-*

Quae quum ita sint, Sisyphus in Critiae fabula ita personatus esse videtur, ut peccatorum purgationem, qua culpam removeret, sibi excogitaverit, et deos non existere iniuriarum ultores sibi aliisque persuadere studuerit, idque ratione quam astutissima.

Attamen quid faciendum fragmentis, a Suida, Etymologo M. et Hesychio laudatis, equidem nescio, neque, donec alia testimonia desiderentur, turbatas huius rei rationes expediendas esse censeo: nimirum ex verbis ipsis non liquet, utrum illa magis conveniant tragoediae, an dramati satyrico. Quum autem uno consensu ad Euripidem referantur, nihil amplius addamus, nisi Valckenarii in illas reliquias animadversiones: *Ex Euripidis Sisypho nominatim nihil enotatum nostris in libris inveni nisi vocem Hesychio; ob formam autem loquendi duo versus in Suidae Lexico: Hesychio ad* Ἑλίσσων, πλέκων, ψευδόμενος, οὐκ ἐπὶ εὐθείας λέγων: *laudatur Euripides* Σισύφῳ. *in eius*

---

goedie angemessener und sittlich wirkender Gegenstand ausgezeichnet. Nach der philosophischen oder religiösen Bedeutung, welche in der ältesten uns bekannten Form dieser Sage zu erkennen ist, war das Steinwälzen nur als die natürliche Strafe der Geistesunruhe, welche den äussersten, Menschen verwehrten Gipfel der Erkenntniss zu erklimmen verlangt, als das vergebliche Anstreben des menschlichen Verstandes, der, wenn er sich im Begriffe glaubt, die Höhe zu erreichen, welche seinem schwachen Auge den Himmel selbst zu berühren scheint, plötzlich unaufhaltsam in die Tiefe des Irdischen zurückgeworfen wird. Aliter Lucretius III, 1008 sqq.

Sisyphus in vita quoque nobis ante oculos est,
Qui petere a populo fasceis saevasque secureis
Inbibit, et semper victus tristisque recedit.
Nam petere imperium, quod inane est, nec datur unquam,
Atque in eo semper durum subferre laborem,
Hocc' est advorso rixantem trudere monte
Saxum, quod tamen a summo iam vortice rursum
Volvitur, et plani raptim petit aequora campi.

etiam Oreste v. 890. [880. Matth.] *Talthybius dicitur καλῶς κακοὺς λόγους ἑλίσσων· sic enim scribendum puto pro καλοῖς* [hoc retinuit Matthiae, neque intelligitur, cur emendandum sit]. *Duo versus ex Sisypho praebet Suidas, emendate scriptos, Etymologo adiutore, in notis in Eurip. Phoen. p.* 287. *Paululum diversa, quae placuit Heathio, mihi quoque nunc lectio placet,*

Χαίρω σέ γ', ὦ βέλτιστον Ἀλκμήνης τέκος,
ἐλθόντα, τὸν δὲ μιαρὸν ἐξολωλότα.

quae retractata Toupio suspicor placitura prae suis Emend. in Suid. III, 310. [19])

β. Πείριθοος.

Sisyphum propter argumenti similitudinem excipiat *Pirithous*, quae utrum Critiae fuerit fabula an Euripidis, veteres ipsi dubitarunt, auctore Athenaeo X. p. 496. B. *Ὁ τὸν Πειρίθουν γράψας, εἴτε Κριτίας ἐστὶν ὁ τύραννος, ἢ Εὐριπίδης.* Itaque si quid veteribus in medio relinquendum fuit, quippe qui integram consulere potuerint tragoediam, hodie id prorsus ad liquidum perducere velle hominis est tumidi. Attamen quum Sisyphus tragoedia a Critia, fabularum auctore minus illustri, translata esse videatur ad Euripidem, unum

---

19) Diatrib. p. 209. Suidas v. *Χαίρω. δοτικῇ· τὸ εὐφραίνομαι. Καὶ χαίρω σε ἐληλυθότα. Ὠρωπικοὶ οὕτω λέγουσιν. Εὐριπίδης Σισύφῳ·*

Χαίρω τέ γ', ὦ βέλτιστον Ἀλκμήνης τέκος,
τόν τε μιαρὸν ἐξολωλότα.

Etym. M. p. 808, 2. *Χαίρειν· οἰμώζειν, στενάζειν. — χαίρει σε ἐληλυθότα, Ὠρωπικοὶ οὕτω λέγουσι, καὶ Εὐριπίδης Σισύφῳ.* cf. Toup. ad Suid. l. c. *Welcker. Prom.* p. 559. N. 865. *Im Euripideischen Satyrspiel Sisyphos trat Herakles auf. Ein grober Irrthum Musgraves ist es, dass dieser fr.* 3. *den Sisyphos getödtet haben soll. Diess bedeutet ἐξολωλότα hier so wenig wie Herc. F.* 1392.

ex poetarum tragicorum principibus, idem fortasse quadrat in Pirithoum: quae quidem opinio maiorem nanciscetur probabilitatem tum ipsa illa veterum haesitatione, tum etiam eo, quod Grammaticus nescio quis in Euripidis vita Graece scripta Pirithoum ait relatam fuisse ad Euripidis fabulas interpolatas: *Τὰ πάντα δ' ἦν αὐτῷ [Εὐριπίδῃ] δράματα ϟβ'· σώζεται δὲ οη'. τούτων νοθεύεται τρία, Τέννης, Ῥαδάμανθυς, ΠΕΙΡΙΘΟΥΣ.* Particulae quidem, quae ex Pirithoo decerptae hodie supersunt, in libris, ubi leguntur, praeter unam omnes Euripidi ascribuntur; sed hoc nihil refert, quoniam Pirithous, ut modo vidimus, licet ex quorundam Grammaticorum iudicio adulterina, in Euripidis fabularum collectionem recepta erat, unde scriptores seriores reliquias istas depromerent. Huc accedit, quod unum fragmentum simpliciter inscribitur *Πειρίθου* sive *Περίθου* apud Stobaeum Florileg. XXXVII, 15. atque S. Maximum Operum T. II. p. 665.: unde conficitur, aut extitisse illius fabulae exempla, in quorum titulo Euripidis nomen omissum fuerit, aut Stobaeum nomen auctoris prorsus in medio reliquisse.

Ac Valckenarius quidem, de hac re incerta quid vere statuerit, non satis declaravit, quippe qui altero Diatribes loco (p. 197. C.) in Athenaei narratione acquiescere videatur, altero autem (p. 38 sq.) ex ipso Pirithoi quodam fragmento Euripidis de deo sententiam explicandi periculum faciat, atque hancce adiungat conclusionem: *Deum itaque, qualem in Anaxagorae schola cognoverat, hic invocat Euripides tanquam*

τὸν αὐτοφυῆ, τὸν ἐν αἰθερίῳ
Ῥύμβῳ πάντων φύσιν ἐμπλέξανθ',

non aliunde satum, sed natura sua aeternum atque universi conditorem. At scita Anaxagorea vel plurium potius philosophorum communes de deo sententiae, eaeque ad vetustissima tempora referendae, cur non aeque placere potuissent Critiae atque Euripidi, ante

omnia demonstrandum erat: nam quantopere Critiae placita decesserint ab opinione vulgi, inde satis intelligitur, quod deos, qui vulgo dicuntur, re vera esse negavit.

Paullo iam ante observatum est argumenti similitudinem quandam intercedere Sisyphum inter atque Pirithoum: uterque enim propter scelera diis ingrata apud inferos poenas dedisse fertur. Atque Pirithoum, Iovis sive Ixionis filium [20]), ex gente Lapitharum profectum, artissima amicitiae colligatione Thesei Atheniensis devinctum fuisse narrant, ita ut utriusque mutuum amoris ac benevolentiae foedus in proverbium abiret, velut Achillis ac Patrocli, Orestis atque Pyladis, Phintiae atque Damonis, Epaminondae et Pelopidae [21]). Nempe quum Theseus Helenae, Iovis filiae, amore incensus esset, amici coniuncta opera ipsam in fano Dianae sacrificantem rapuerunt atque Athenas detulerunt [22]). Pirithous autem, Hippodamia uxore, quam magno adversus Centauros certamine duxerat [23]), praemature extincta, nullius in posterum nisi Iovis filiae petere coniugium sibi proposuerat. Itaque *Taenaria porta* (ut Ovidius canit) *Pirithoum Theseus Sty-*

---

20) Schol. ad Apollon. Rhod. II, 1231. *Σουίδας δὲ ἐν πρώτῳ Θεσσαλικῶν τὸν Χείρωνα Ἰξίονος εἶναι παῖδά φησιν, ἀδελφὸν δὲ Πειρίθου.* Ovid. Met. XII, 210. *Audaci Ixione natus.* cf. 504. Sed idem ille Scholiasta ad I, 101. *Θησεὺς καὶ Πειρίθους, ὁ μὲν ἐκ Διὸς, ὁ δὲ ἐκ Ποσειδῶνος.* Quocum consentit versus, qui in Homeri Odyss. λ, 631. legitur: *Θησέα, Πειρίθοόν τε, θεῶν ἐρικύδεα τέκνα.* cf. Pausan. V, 10, 2. Hygin. f. 155.

21) Plutarch. de Amic. mult. init. *κατὰ ζεῦγος φιλίας λέγονται Θησεὺς καὶ Πειρίθους κ. τ. λ.*

22) V. Hygin. f. 79. Schol. ad Apollon. Rhod. I, 101.

23) Ovid. Met. XII, 210 sqq. Hygin. f. 33. cf. Homer. Od. φ, 295 sqq. Illa pugna descripta erat *ἐν τοῖς ἀετοῖς* templi Olympici. vid. Pausan. V, 10, 2.

gias comitavit ad undas, ut Proserpinam Pirithoi nuptiis ambiret. Quam quidem audaciam Pluto tam graviter tulit, ut ambos furiis lacerandos committeret atque saxo alligandos curaret. Quum deinde Hercules ad inferos descendisset, ut Cerberum educeret, Theseum quidem, *ὡς μὴ ἑκοντὶ κατελθόντα*, implorantem liberavit; sed amatorem insanum, *ἐπειδὴ προαιρέσει ἰδίᾳ κατῆλθεν*, *trecentae Pirithoum cohibent catenae* [24]).

Quid praecipue quantumve ex hac de Pirithoo narratione poeta in tragoediam assumpserit, maximam partem incertum est: tenuia tamen persequi licet vestigia, ex quibus patet Pirithoum atque Theseum in scenam prodisse compedibus vinctos, atque Herculem cum Aeaco colloquentem.

1.

Plutarch. de Amicorum multitudine c. 7. *Οὕτως ἔνιοι τῶν φίλων, οὐδὲν ἀπολαύσαντες εὐτυχούντων, συναπόλλυνται δυςτυχοῦσιν. Καὶ τοῦτο μάλιστα πάσχουσιν οἱ*

---

24) Horat. Carm. III, 4, 79 sq. cf. Heyne ad Apollodor. II, 5, 12. IV, 7, 28. Hygin. f. 79. Schol. ad Apollon. Rhod. I, 101. Etiam Homer. Od. λ, 630 sq.

Καί νύ κ' ἔτι προτέρους ἴδον ἀνέρας, οὓς ἔθελόν περ,
Θησέα, Πειρίθοόν τε, θεῶν ἐρικυδέα τέκνα.

Posteriorem versum Wolfius uncis inclusit. cf. Virgil. Aen. VI, 601. 617. Horat. Carm. IV, 7, 17 sq. *Nec Lethaea valet Theseus abrumpere caro Vincula Pirithoo.* Ubi errat Mitscherlichius, qui, quum haec fabula diversis modis tractata sit, Theseum putat tum demum vinculis constrictum esse, quum liberandi Pirithoi consilium cepisset. Immo Theseus ab Hercule liberatus amicum secum ducere non potuit ex inferis. — Simile fuit Ixionis scelus, qui tantus erat, Iunonis ut altae spem caperet. Hinc intelligitur Ixioni filium additum esse Pirithoum, quoniam utrumque nimia eorum invaserit libido, quae improba et nefaria putantur. Res in Graecorum Mythologia frequenter obvia.

φιλόσοφοι καὶ χαρίεντες, ὡς Θησεὺς τῷ Πειρίθῳ κολαζομένῳ καὶ δεδεμένῳ

Πέδαις ἀχαλκεύτοισιν ἔζευκται πόδας. 10

2.

Gregor. Corinth. Com. ad Hermog. Oratorum Graec. Tom. VIII. p. 948. ed. Reisk.

Ἐν μὲν γὰρ τῷ Πειρίθῳ παρεισάγεται Ἡρακλῆς, ἐν ᾅδου κατελθὼν κατὰ κέλευσιν Εὐρυσθέως, καὶ ὑπὸ τοῦ Αἰακοῦ ἐρωτώμενος, ὅςτις ἐστὶ, καὶ ἀποκρινόμενος·

Ἐμοὶ πατρὶς μὲν Ἄργος, ὄνομα δ' Ἡρακλῆς, 11
θεοῦ δὲ πάντων πατρὸς ἐξέφυν Διός·
ἐμῇ γὰρ ἦλθε μητρὶ κεδνῇ πρὸς λέχος
Ζεὺς, ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο·
ἥκω δὲ δεῦρο πρὸς βίαν Εὐρυσθέως.

Fragm. 1. Stephanus lectionem librorum sine iusta ratione mutavit π. ἀχαλκεύτοις συνέζευκται π. Eiusdem versus particula, sed alio verborum ordine, legitur apud Plutarch. Amator. c. 18. Ὁ Ἔρως — εἰς τὴν Ἀκαδημίαν ἐστεφανωμένος κατάγεται καὶ κεκοσμένος πολλαῖς συνωρίσι φιλίας καὶ κοινωνίας· οὐχ οἵαν Εὐριπίδης φησὶν,
— ἀχαλκεύτοις ἐζεῦχθαι πέδαις·
Aliter etiam de vitioso pudore c. 10. Αἰδοῦς ἀχαλκεύτοισιν ἔζευκται πέδαις. ubi propter disputationis argumentum αἰδοῦς de suo dedisse videtur Plutarchus. cf. De fraterno Amore c. 8.

Fragm. 2, 4. Οὗτος ὁ στίχος ἐν δυσὶν εὕρηται δράμασιν Εὐριπίδου, ἔν τε τῷ λεγομένῳ Πειρίθῳ καὶ ἐν τῇ σοφῇ Μελανίππῃ. Gregor. Corinth. l. c. Verba ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο, speciem proverbialem prae se ferunt, ita ut hinc saltem minime consequatur propter eiusmodi concinnitatem totam fabulam Euripidi tribuendam, a Critia abiudicandam esse.

3.

Stobaei Florileg. XXXVII, 15. p. 220. Gesn.

Πειρίθου·

12 *Τρόπος δὲ χρηστὸς ἀσφαλέστερος νόμου·*
τὸν μὲν γὰρ οὐδεὶς ἂν διαστρέψαι ποτὲ
ῥήτωρ δύναιτο· τὸν δ' ἄνω τε καὶ κάτω
λόγοις ταράσσων πολλάκις λυμαίνεται.

4.

Stobaei Eclog. Eth. VIII, 4.

Εὐριπίδου Πειρίθῳ·

13 *Ὁ πρῶτος εἰπὼν, οὐκ ἀγυμνάστῳ φρενὶ*

θι

Fragm. 3. Inscriptionem *Πειρίθου* habet *Trinc.* *πειρζ* Cod. *A.* *Περίθου* S. Maxim. Op. II. p. 665. ubi eosdem versus servavit. Neque poetae nomen hoc titulo significari, sed fabulae, satis liquet. cf. Valckenar. Diatr. p. 197 sq.

V. 1. *Τρόπος δὲ χ.* *Trinc.* Ceteri, omissa particula *δέ*, post *τρόπος* inserunt *ἐστί*, quod ex glossemate profectum esse videtur.

V. 2. B. m. p. Trinc. *διαστρέψῃ.*

V. 4. Valckenar. Diatr. p. 200. emendandum proposuit *Λόγῳ σπαράσσων*: *Ultimum*, inquit, *ita versum corrigo, qui vulgo legitur*, *Λόγοις ταράσσων·* *alterum formulae* *ἄνω τε καὶ κάτω* *convenire mihi videbatur aptius, non nescienti tamen versum Aristophanis* *Ἀχ.* 688. *Ἄνδρα Τιθωνὸν σπαράττων, καὶ ταράττων, καὶ κυκῶν.* *Plato de Rep. VIII,* 539. *C.* *χαίροντες, ὥσπερ σκυλάκια τῷ ἕλκειν τε καὶ σπαράττειν τῷ λόγῳ τοὺς πλησίον ἀεί.* *Lucian. Icariomen. T. II. p.* 776. *οὐδὲν ἀνιᾶσι δυσπαράττοντές με τῷ λόγῳ.* Sed in formulam *ἄνω τε καὶ κάτω* perinde quadrat verbum *ταράττειν*, si quidem Neptunus apud Homer. Od. ε, 291.

σύναγεν νεφέλας, ἐτάραξε δὲ πόντον,
χερσὶ τρίαιναν ἔχων. cf. Buttmanni Lexil. I. p. 212.

Fragm. 4. Inscriptionem praefixam exhibent Codd. V. A. E.

V. 1. Cod. V. omittit articulum *ὁ* ante *πρῶτος*.

ἔῤῥιψεν, ὅςτις τόνδ᾽ ἐκαίνισεν λόγον,
ὡς τοῖσιν εὐφρονοῦσι συμμαχεῖ τύχη.

5.

Stobaei Florileg. CXXI, 24. p. 609.

Εὐριπίδου Πειρίθου·

Οὐκοῦν τὸ μὴ ζῆν κρεῖσσόν ἐστ᾽ ἢ ζῆν κακῶς; 14

6.

Valckenarius Diatr. p. 38 sq. *De Deo quid vere senserit Euripides, in Choris aliquoties declaravit, ex sua saepe persona Chori ministerio loquutus: Comicos hoc in parabasi fecisse ubi scribit Pollux IV, III., atque illud Tragicis monet inusitatum, ἀλλ᾽ Εὐριπίδης, inquit, αὐτὸ πεποίηκεν ἐν πολλοῖς δράμασιν. Tale χορικὸν ᾆσμα fuisse suspicor in eius dramate Pirithoo, cuius hanc nobis partem dedit Clemens Alex. Strom. V. p. 717. ex illo Eusebius Praep. Ev. XIII. p. 681. B.*

Σὲ τὸν αὐτοφυῆ, τὸν ἐν αἰθερίῳ, 15

V. 2. „*ἐκαίνισεν, qui novum protulit*, adeoque *invenit*, ut metrum constaret, edidi cum Grot. pro *ἐκαίνισε* ap. Cant.“ HEEREN.

V. 3. Pro *τύχη* Codd. V. A. P. *ψυχή*.

Fragm. 5. Inscriptio petita est ex Cod. A. Simpliciter *Εὐριπίδου Trinc.* — Sophocl. ap. Stob. Floril. CXXI, 9. *Τὸ μὴ γὰρ εἶναι κρεῖσσον ἢ τὸ ζῆν κακῶς.* Philemon ib. 8. *Θανεῖν ἄριστόν ἐστιν ἢ ζῆν ἀθλίως.*

Fragm. 6, 1. Euseb. *σὲ τὸν αὐτοφυῆ, σὲ τὸν αἰθ.* Sed Clementis lectionem, quam recepimus, confirmat Schol. ad Eurip. Orest. 970. p. 449. ed. Matthiae: *Ἀναξαγόρου μαθητὴς γενόμενος ὁ Εὐριπίδης μύδρον λέγει τὸν ἥλιον. — ὅμοιον τοῦτο τὸ ἐν Πειρίθῳ, σὲ τὸν αὐτοφυῆ τὸν ἐν αἰθερίῳ Ῥόμβῳ πάντων φύσιν ἐμπλέξανθ᾽. οὐδὲ γὰρ διαφέρει ὑπὸ τῆς φύσεως εἰπὼν πάντα διαπεπλέχθαι, καὶ ὑπὸ ἀλύσεως ἐξηρ-*

ῥύμβῳ πάντων φύσιν ἐμπλέξανθ᾽,
ὃν περὶ μὲν φῶς, περὶ δ᾽ ὀρφναία
νὺξ αἰολόχρως, ἄκριτός τ᾽ ἄστρων
ὄχλος ἐνδελεχῶς ἀμφιχορεύει.

Sententiam eorum versuum, qui illos in integra fabula exceperant, Clemens comprehendit hisce verbis: Ἐνταῦθα γὰρ τὸν μὲν αὐτοφυῆ τὸν δημιοῦργον νοῦν εἴρηκεν· τὰ δ᾽ ἑξῆς ἐπὶ τοῦ κόσμου τάσσεται, ἐν ᾧ καὶ ἐναντιότητες φωτός τε καὶ σκότους.

7.

Clemens Alex. Strom. p. 667.
Περὶ τούτων [τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου καὶ τοῦ κατ᾽ αὐτὸν φερομένου χρόνου] οἶμαι καὶ ἡ τραγῳδία φυσιολογοῦσά φησιν·

16 *Ἀκάμας τε χρόνος περί γ᾽ ἀενάῳ*
ῥεύματι πλήρης φοιτᾷ, τίκτων
αὐτὸς ἑαυτὸν, δίδυμοί τ᾽ ἄρκτοι

τῆσθαι τοῦ λίθου. De significatione vocis αὐτοφυής v. Valckenar. Diatr. p. 41.

V. 2. Clemens ὄμβρῳ. Euseb. Schol. Eurip. ῥόμβῳ. Prior lectio profecta ex metathesi litterarum, posterior forma vulgaris est pro Attica ῥύμβῳ. Schol. ad Theocrit. II, 30. Ῥύμβος δὲ, ὃν οἱ Ἀττικοὶ ῥύμβον καλοῦσιν. Eandemque formam hic etiam retinendam esse docet Eustath. ad Dionys. Perieg. 1134. τινὲς δὲ ῥΥμβον γράφουσι διὰ τοῦ Υ, ὡς Εὐριπίδης ἐν Πειρίθῳ αἰθέριον ῥύμβον φησὶν, ὅ ἐστι στροφὴν καὶ τροχοειδῆ κίνησιν. Schol. ad Apollon. Rhod. IV, 144. Ῥυμβόνας δὲ, τὰς εἱλήσεις τῆς σπείρας, τὰς περιδινήσεις. Καὶ Εὐριπίδης ἐν Πειρίθῳ· Σὲ τὸν αὐτοφυῆ πάντων θεῶν αἰθέρα ῥύμβῳ· τοῦτ᾽ ἐστὶ κινήσει κ.τ.λ. cf. Valck. Diatr. p. 39. N. 3. — Extremo versu Clementis libri contra rationem metricam ἐμπλέξαντα. Rectum tenent Euseb. et Schol. Eurip.

Fragm. 7, 3. Homer. Il. σ, 487 sqq.
Ἄρκτον θ᾽, ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,

ταῖς ὠκυπλάνοις πτερύγων ῥιπαῖς
τὸν Ἀτλάντειον τηροῦσι πόλον.

Atque hos versus ex Pirithoo decerptos esse tradit Schol. ad Aristophanis Aves 179. *Πόλον γὰρ οἱ παλαιοί, οὐχ ὡς οἱ νεώτεροι σημεῖόν τι καὶ πέρας ἄξονος, ἀλλὰ τὸ περιέχον ἅπαν· Εὐριπίδης Πειρίθῳ· Καὶ τὸν Ἀτλάντειον φρουρῶν πόλον. ὡς αὐτοῦ τε περιπολουμένου καὶ δι' αὐτοῦ πάντων ἐρχομένων.* Eadem transcripsit Suidas v. *Πόλος*. Ille quicunque fuit Grammaticus versum ex memoria litteris mandasse putandus est, ita quidem, ut pro Anapaesto prodiret Iambus.

8.

Athenaeus X. p. 496. B.

Μνημονεύει δὲ αὐτῶν [πλημοχοῶν] καὶ ὁ τὸν Πειρίθουν γράψας, εἴτε Κριτίας ἐστὶν ὁ τύραννος, ἢ Εὐριπίδης, λέγων οὕτως·

Ἵνα πλημοχόας τάσδ' εἰς χθόνιον 17

ἥτ' αὐτοῦ στρέφεται, καὶ τ' Ὠρίωνα δοκεύει,
οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο.
(*Arctos, Oceani metuentis aequora tingui.* VIRG.)

cf. Odyss. ε, 273 sqq. Cic. N. D. II, 41. Arato auctore:

„*Extremusque adeo duplici de cardine vertex*
Dicitur esse polus.

Hunc circum *ἄρκτοι* duae feruntur, nunquam occidentes.

Ex his altera apud Graios Cynosura vocatur,
Altera dicitur esse Helice;

cuius quidem clarissimas stellas totis noctibus cernimus.“ cf. Voss. ad Virgil. Georg. I, 246. p. 124.

Fragm. 8, 1. Quales sint *πλημοχόαι*, explicat Athen. l. c. A. *Σκεῦος κεραμεοῦν βεμβικῶδες ἑδραῖον ἡσυχῇ, ὃ κοτυλίσκιον ἔνιοι προσαγορεύουσιν, ὥς φησι Πάμφιλος. χρῶνται δὲ αὐτῷ ἐν Ἐλευσῖνι τῇ τελευταίᾳ τῶν μυστηρίων ἡμέρᾳ, ἣν καὶ ἀπ' αὐτοῦ προσαγορεύουσι πλημοχόας· ἐν ᾗ δύο πλημοχόας πληρώσαντες, τὴν μὲν πρὸς ἀνατολάς, τὴν δὲ πρὸς δύσιν ἀνιστάμενος, ἀνατρέπουσιν, ἐπιλέγοντες ῥῆσιν μυστικήν.* cf. Pollux·

Χάσμ' εὐφήμως προχέωμεν.

Schweighaeuserus haec verba observat efficere anapaesticum tetrametrum: qua tamen animadversione abstinuerat, si tragoediae, non comoediae, illos versus esse meminisset. Vid. Hermann. Elem. D. M. p. 397 sqq. Hoc loco nihil aliud habemus nisi systematis anapaestici legitimi dimetros posteriores, quorum altero catalectico integrum olim clausum erat systema. cf. Hermann l. c. p. 371 sqq.

γ. Ἀταλάντη.

In Iulii Pollucis editionibus (Onomastic. VII, 31.) sub Critiae nomine laudatur *Atalante*, sive tragoedia sive comoedia, quae tamen an vere vindicari possit Critiae, scrupulum philologis iniicit haud mediocrem. Etenim liber manuscriptus, quem adhibuit Gothofredus Iungermannus, atque Dindorfio referente etiam Falckenbergius habent *ΑΡΙΣΤΙΑΣ* pro *ΚΡΙΤΙΑΣ*, nomina, quae quam facile permutari potuerint, nemo ignorat. *Aristias* autem, sive *Aristeas*, sive *Aristius* poeta fuit comicus *), cuius apud eundem Pollucem

---

X, 74. Hesych. v. *Πλημοχ.* Creuzer. Symb. IV. p. 569 sq. ed. I. haec etiam addit: *Darf man, wie Meursius wahrscheinlich macht, eine Stelle des Proclus (in Platon. Tim. p. 293.) hierher ziehen, so sahen die Eingeweihten während jenes Trankopfers jetzt den Himmel, dann die Erde als Vater und Mutter aller Wesen an, und sprachen dabei die Worte Ὑιὲ Τοκυῖε.*

V. 2. *εὐφήμως*, cui cognatum est verbum *εὐφημεῖν*, i. e. *favere linguis.* Cic. Divin. I, 45. de maioribus Romanorum verba faciens: „rebusque divinis, inquit, quae publice fierent, ut *faverent linguis*, imperabatur." Ovid. Fast. I, 71 sq.

Prospera lux oritur: linguisque animisque favete!
Nunc dicenda bono sunt bona verba die.

cf. Forcellini Lexic. v. *favere.*

*) V. Gatakeri Adversar. c. 5.

(IX, 43.) *Orpheus* laudatur, atque apud alios scriptores aliarum fabularum supersunt tituli *). Iam vero Gu. Ern. Weberus (Com. de Critia Tyr. p. 24.) acutissime coniecit *Atalanten* drama comici aut satyrici generis fuisse, pro argumento adhibitis ipsius Pollucis verbis: *Ὁ δὲ κωμικὸς Πλάτων ἔφη ἀκλώστους στήμονος, καὶ ἁρπεδόνας δὲ τὰ νήματα Ἡρόδοτος· Κριτίας δὲ* (Al. *Ἀριστέας*) *ἐν Ἀταλάντῃ·*

Ἁρπεδόνην τε λύσιν ἱστοῦ. 18

τραγικώτερον. Cur, inquit, *τραγικώτερον adiecisset, si ex tragoedia versus fuisset?* Itaque omnis haec quaestio in medio relinquenda est, donec novis iisque historicis rationibus certi quidquam stabilire licebit.

δ. Ἴαμβοι ἐξ ἀδήλων εἰδῶν.

Incertae sedis supersunt versus iambici, qui tamen colorem scenicum minime dissimulant.

1.

In Stobaei Florilegio (XXIII, 1. p. 190.) servatus est versus iambicus, quem plerique libri Critiae assignant, unus vero Euripidi:

Δεινὸν δ', ὅταν τις μὴ φρονῶν δοκῇ φρονεῖν **). 19

Hinc igitur verisimilior fit, quam supra proposuimus, sententia, Critiae, poetae scenici parum celebrati, ad Euripidem longe clarissimum relatas fuisse fabulas, sive id factum sit temere, sive inde profectum, quod for-

---

*) V. Fabricii Bibl. Gr. in Catalogo Comicorum deperditorum, lib. II. c. 22. T. I. p. 747. ed. 3.

**) Cod. *A. Voss. Arsen. Κριτίου. Trinc. Εὐριπίδου*, unde Musgravius recepit versum in Eurip. fragm. incert. N. 31. Libror. lectionem *ὅτ' ἄν τις* in binas voces contraximus. Vulg. *δοκεῖ*. Cod. A. atque S. Maxim. *δοκῇ*, quod necessarium erat.

sitan Critias, quum rei publicae gubernacula teneret, neque ipse (i. e. suo nomine suaque auctoritate) carmina quae fecisset scenica in scenicam producere vellet, ea Euripidi, poetae apud omnes gratioso, docenda tradiderat.

Apud Stobaeum Critiae versum excipiunt duo iambici, quos editiones *Sosicrati* assignant: Cod. *A.* exhibet hanc notam *Σωσικϱα Trinc. Σωσικϱά*. At S. Maximus (Op. T. II. p. 686.) illos tres versus unico *Critiae* complectitur nomine:

Δεινὸν δ', ὅταν τὶς μὴ φϱονῶν δοκῇ φϱονεῖν:
ἀγαθοὶ δὲ τὸ κακὸν ἐσμὲν ἐφ' ἑτέϱῳ ἰδεῖν,
αὐτοὶ δ' ὅταν ποιῶμεν, οὐ γιγνώσκομεν.

Quod quidem negligenter factum esse videtur.

2.

Stobaei Florileg. XIV, 2. p. 148.

20 *Ὅςτις δὲ τοῖς φίλοισι πάντα πϱὸς χάϱιν*
πϱάσσων ὁμιλεῖ, τὴν παϱαυτίχ' ἡδονὴν
ἔχθϱαν καθίστησ' εἰς τὸν ὕστεϱον χϱόνον.

3.

Stob. ibid. IIIC, 10. p. 519.

21 *Σοφῆς δὲ πενίας σκαιότητα πλουσίαν*
κϱεῖσσον σύνοικόν ἐστιν ἐν δόμοις ἔχειν.

4.

Stob. Eclog. Phys. IX, 10.

22 *Ὁ χϱόνος ἁπάσης ἐστὶν ὀϱγῆς φάϱμακον.*

Fragm. 2. Hi tres versus ad orationem pedestrem accommodati leguntur apud S. Maxim. T. II. p. 550. *Κϱιτίου· Ὅςτις τοῖς φίλοις ταύτα* (leg. *πάντα*) *πϱὸς χάϱιν πϱάσσων ὁμιλεῖ, τὴν παϱαυτίκα ἡδονὴν ἔχθϱαν καθίστησιν εἰς ὕστεϱον χϱόνον.*

Fragm. 3. Weber. com. p. 14. ad hos versiculos annotavit: *En habes ἐν φιλοσόφοις ἰδιώτην!* vid. infra ad. Nr. III.

B. ΣΥΓΓΡΑΦΩΝ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I. ΠΟΛΙΤΕΙΑΙ.

Quos supra iam attigimus in tractandis *Πολιτείαις ἐμμέτροις* Critiae libros de civitatibus pedestri oratione conditos, eorum rationem iam habuisse discimus Gerhardum Ioannem Vossium, in libro *de Historicis Graecis* ita disserentem: *Critias ἐν ταῖς Πολιτείαις citatur a Iul. Polluce —. Puto et eundem Critiam esse, cuius Plutarchus mentionem facit in Lycurgo* [c. 1.] *et Cimone* *). Atque Iulius Pollux Onomast. VII, 59. vocis *σκελέαι* (i. q. *ἀναξυρίδες*, *braccae*) significationem et auctoritatem afferens: *Τὸ μὲν ὄνομα*, inquit, *καὶ παρὰ Κριτίᾳ ἐστὶν ἐν ταῖς ΠΟΛΙΤΕΙΑΙΣ.* Quo ex titulo satis apparet Critiae istos de rebus publicis libros tanquam facem praetulisse *Πολιτείαις* Aristoteliis, in quibus Cicerone teste (Fin. V, 4, 11.) omnium fere civitatum, non Graeciae solum, sed etiam Barbariae mores, instituta, disciplinae exposita erant. Tyrannus Atheniensis barbarasne quoque respexerit nationes, ex reliquiis colligi non potest, neque verisimile vide-

---

*) Plutarch. Cim. c. 16. alter Plutarchi locus in Cim. c. 10. ubi distichum Critiae laudatur, huc non spectat. Vossii Operum T. IV. p. 168. cf. *de Poetis Graecis* T. III. p. 211. Quibus fundamentis constituta sit haec sententia, supra demonstratum est in prooemio ad Elegos politicos.

tur, propterea quod tale quidquam philosopho potius convenit, Alexandrum Imperatorem ad Indos usque comitato: Graecarum vero gentium quarundam non solum instituta publica, sed mores quoque ac disciplinas descripta fuisse a Critia, quantulumcunque Politiarum superest luce clarius convincit.

1.

Splendidum sane exordium Politiis describendis praemisisse videtur Critias ad animum lectoris sibi conciliandum, si quidem recte statuamus hauc procul ab initio aut totius operis aut Lacedaemoniorum saltem Rei publicae positum fuisse fragmentum, quod hodie extat apud Clementem Alexandrinum Strom. p. 741. *Εὐριπίδου ποιήσαντος·*

Ἐκ γὰρ πατρὸς καὶ μητρὸς, ἐκπονουμένων
σκληρὰς διαίτας, οἱ γόνοι βελτίονες·

Κριτίας γράφει·

23 *Ἄρχομαι δέ τοι ἀπὸ γενετῆς ἀνθρώπου, πῶς ἂν βέλτιστος τὸ σῶμα γένοιτο καὶ ἰσχυρότατος; εἰ ὁ φυτεύων γυμνάζοιτο καὶ ἐσθίοι ἐῤῥωμένως καὶ ταλαιπωροίη τὸ σῶμα, καὶ ἡ μήτηρ τοῦ παιδίου τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι ἰσχύοι τὸ σῶμα καὶ γυμνάζοιτο.*

Ad Fragm. 1. Bono iure Weberus Com. p. 6 sq. *Quae verba stultus est, qui ex Euripide adumbrata bonus Clemens affirmet, quum ex Spartanae potius, qua impense flagrabat Critias, admiratione disciplinae ultro prodierint.* — Prior fragmenti sententia sub interrogandi formula proposita est, quam quae excipit altera responsionem suppeditat. Xenophon. de Re pub. Laced. I, 4. *Ὁ δὲ Λυκοῦργος ἐσθῆτας μὲν καὶ δούλαις παρέχειν ἱκανὰς ἡγήσατο εἶναι· ταῖς δ' ἐλευθέραις μέγιστον νομίσας εἶναι τὴν τεκνοποιΐαν, πρῶτον μὲν σωμασκεῖν ἔταξεν οὐδὲν ἧττον τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος φύλου· ἔπειτα δὲ*

Hinc transeamus ad reliquias, quas ex *Lacedaemoniorum, Thessalorum* atque (ut videtur) *Atheniensium* Politiis depromptas ad nostram aetatem detulerunt Athenaeus potissimum, Eustathius aliique scriptores.

α. Ἐκ τῆς τῶν Λακεδαιμονίων Πολιτείας.

2.

Athen. IX. p. 463. E. F.

Πρὸς οὓς λεκτέον, ὅτι τρόποι εἰσὶ πόσεων κατὰ πόλεις ἴδιοι, ὡς Κριτίας παρίστησιν ἐν τῇ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑΙ διὰ τούτων·

Ὁ μὲν Χῖος καὶ Θάσιος ἐκ μεγάλων κυλίκων 24
ἐπιδέξια, ὁ δ' Ἀττικὸς ἐκ μικρῶν ἐπιδέξια, ὁ δὲ Θετταλικὸς ἐκπώματα προπίνει, ὅτῳ ἂν βούλωνται, μεγάλα· Λακεδαιμόνιοι δὲ τὴν παρ' αὑτῷ ἕκαστος πίνει, ὁ δὲ παῖς οἰνοχοεῖ, ὅσον ἂν ἀποπίῃ.

δρόμου καὶ ἰσχύος, ὥσπερ καὶ τοῖς ἀνδράσιν, οὕτω καὶ ταῖς θηλείαις ἀγῶνας πρὸς ἀλλήλας ἐποίησε, νομίζων ἐξ ἀμφοτέρων ἰσχυρῶν καὶ τὰ ἔκγονα ἐῤῥωμενέστερα γίγνεσθαι. cf. Cic. Tusc. II, 15, 36. Plutarch. Lycurg. c. 14. Muelleri *Dorier* Vol. II. p. 276.

Ad Fragm. 2. Ecce Critiam βραχυλογοῦντα. Schweighaeuseri Mss. atque Edd. Venet. Bas. exhibent: Λακεδαιμόνιοι δὲ τὴν κ. τ. λ. pro quo Casauboni ed. Λακεδαιμονίοις, nulla tamen reddita ratione, utrum ex coniectura an ex libris profectum sit. Attamen Codicum illa lectio non est cur repudietur. — Schweigh. Codex uterque: ὁ δὲ παῖς ὁ οἰνοχόος ὅσον κ. τ. λ. Editiones omnes: ὁ δὲ παῖς οἰνοχοεῖ, ὅσον: quod procul dubio praeferendum atque contra librorum Mstorum auctoritatem reponendum videtur. ὅσον ἂν ἀποπίῃ sc. ἕκαστος τῶν Λακεδαιμονίων. Prior lectio nullum omnino praebet sensum, posteriorem vero confirmat etiam Xenophon de Re pub. Laced. V, 4. ἐφῆκεν [Λυκοῦργος], ὁπότε διψῴη ἕκαστος, πί-

3.

Athen. XI. p. 483. B.

Κριτίας ἐν ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑΙ γράφει οὕτως·

Χωρὶς δὲ τούτων τὰ σμικρότατα ἐς τὴν δίαιταν ὑποδήματα, ἄριστα Λακωνικὰ ἱμάτια, φορεῖν ἥδιστα καὶ χρησιμώτατα, κώθων Λακωνι-

---

νειν. Sensus: *Apud Lacedaemonios sibi quisque* (*i. e. in suam quisque, non in aliorum salutem*) *bibit, puer autem ministrans tantum vini infundit, quantum quisquè ebibere solet.*

Ad fragm. 3. Sensus est hic: *Praeter haec minimo sumptu parabiles calcei, optimae Laconicae vestes, gestatu iucundissimae atque utilissimae, cotho Laconicus, poculum maxime necessarium ad expeditionem commodissimumque, quod feratur in pera: propterea quod milites saepe necesse est aquam bibere impuram, primo quidem conducit, ne nimis manifestus sit potus, deinde, quum ambones habeat cotho, relinquit in se quidquid impurum.* —

Critiam hoc loco vel *ἀσυνδέτως χωρίῳ προσβάλλοντα* cernere licet; v. ad Philostrat. Vit. Crit. §. 12. Quae quidem si in mentem revocaveris, forsitan minus veram esse tibi persuadebis Casauboni in hunc locum animadversionem: *Locus Critiae est male acceptus ab exscriptoribus. Initio enim deest aliquid perficiendae sententiae. Ait autem Critias, Lacedaemonios uti supellectile et instrumentis vitae minimo pretio parabilibus et commodissimis. Profert exempli gratia calceos Laconicos, vestes et cothonem. Non est dubium hanc esse Critiae mentem: sed verba praestare sarta tecta non possumus. Vocem σμικρότατα suspicor cubare in mendo; et pro ὑποδήματα scribendum esse δημιουργήματα suadet Plutarchus, qui in Lycurgo* [c. 9.] *hunc ipsum Critiae locum ita expressit: Δι' ὃ καὶ τὰ πρόχειρα τῶν σκευῶν — ἐδημιουργεῖτο καὶ κώθων ὁ Λακωνικὸς εὐδοκίμει κ. τ. λ.* Neque tamen intelligitur, cur scribendum sit potius *δημιουργήματα* quam *ὑποδήματα.* Merito Schweighaeuserus de *calceis Lacedaemoniorum* disserentem laudavit Meursium Miscell. Lacon. I, 18. de *vestibus* ib. I, 15. de *Cothone* I, 14.

κὸς, ἔκπωμα ἐπιτηδειότατον εἰς στρατείαν καὶ εὐφορώτατον ἐν γυλίῳ· οὗ δὲ ἕνεκα στρατιωτικῷ πολλάκις ἀνάγκη ὕδωρ πίνειν οὐ καθαρὸν, πρῶτον μὲν οὖν τοῦ μὴ λίαν κατάδηλον εἶναι

οὗ δὲ ἕνεκα] Varia tentarunt viri docti ad hunc locum et emendandum et illustrandum; omnium vero felicissime functus est munere suo Ad. Coraës, senex venerabilis, *δεύτεραι φροντίδες* in Plutarch. Tom. VI. p. 475. *Ἀσυνάρτητα ταῦτα, καὶ τῇ γραφῇ ἡμαρτημένα εἶναι καὶ ὁ Κασωβὼν καὶ ὁ τελευταῖος τοῦ Ἀθηναίου ἐκδότης* (*Σημ. Τομ. ϛ', σελ.* 180 — 185.) *ἀπεφήναντο, ἑκάτερος τὰ δοκοῦντα εἰς διόρθωσιν συμβαλόμενοι. Ἐφείσθω δὲ καὶ ἡμῖν μετ' ἐκείνους τὸ παριστάμενον περὶ τῆς γραφῆς καὶ στίξεως τοῦ χωρίου, οὕτως ἔχον προθέσθαι* . . . „*Οὗ δὲ ἕνεκα· ΣΤΡΑΤΙΩΤΙΚΩΙ* (*ἴσ. ΣΤΡΑΤΙΩΤΗΙ.* — Equidem malim *στρατιωτικῷ*, sicut *ναυτικὸν* ap. Thucyd. I, 4. et similia. —) *πολ — καθαρόν· πρῶτον — ΤΟΥ μὴ λίαν κ. τ. λ.*" *Ὁ νοῦς, Οὗ δὲ ἕνεκα ἐπιτηδειότατον εἰς στρατείαν εἴρηκα τὸν Λακωνικὸν κώθωνα, τοῦτό ἐστι· στρατιωτικῷ* (*τουτέστι στρατιώτῃ*) *πολλάκις ἀνάγκη ὕδωρ πίνειν οὐ καθαρόν· πρῶτον μὲν οὖν ἐπιτήδευται καὶ κατεσκεύασται τοιοῦτον τὸ ἔκπωμα ἕνεκα τοῦ μὴ κατάδηλον εἶναι λίαν τὸ πόμα κ. τ. λ.* Quacum interpretatione consentit etiam Plutarch. Lycurg. c. 9. *Τὰ γὰρ ἀναγκαίως πινόμενα τῶν ὑδάτων καὶ δυσωποῦντα τὴν ὄψιν, ἀπεκρύπτετο τῇ χρόᾳ, καὶ τοῦ θολεροῦ προσκόπτοντος ἐντὸς καὶ προσισχομένου τοῖς ἄμβωσι, καθαρώτερον ἐπλησίαζε τῷ στόματι τὸ πινόμενον.* cf. Porphyr. de Abstinentia IV, 3. p. 302. ed. Rhoer. H. Stephanus in Thes. L. Gr. p. 378. C. proposuerat *ΤΩΙ μὴ λίαν* —. Schweigh. in Nota sub textu posita coniecit: *τὰ σμικρότατα ἐς τὴν δίαιταν δαπανήματα, ἄριστα. Λακωνικὰ ἱμάτια, φορεῖν ἥδιστα κ. τ. λ.* quod non placet. Neque hoc loco aliquid intercidisse videtur, quod immerito opinatus est Casaubonus, eaque, quam proposuit, explicatio in Corais emendatione expressa est: *Οὗ δὲ ἕνεκα στρατιωτικὸν δοκεῖ μάλιστα τοῦτο τὸ ποτήριον εἶναι, τόδ' ἐστιν· καὶ γὰρ πολλάκις ἀνάγκη ὕδωρ πίνειν οὐ καθαρόν. Cum igitur cogantur saepe milites aquam bibere impuram, prima commoditas, quam ex cothonibus capiunt, est τὸ μὴ λίαν κατάδηλον εἶναι τὸ πόμα. In poculis altioribus quam latioribus, ut illi scyphi sunt, quibus pharmacopolae medicamenta aegris propinant,*

τὸ πόμα, εἶτα ἄμβωνας ὁ κώθων ἔχων ὑπολείπει τὸ οὐ καθαρὸν ἐν αὐτῷ.

---

quod intus continetur minus conspicuum. Sed huic interpretationi praeferenda est Plutarchi, ad poculi colorem referentis τὸ μὴ λίαν κατάδηλον εἶναι (ἀπεκρύπτετο τῇ χρόᾳ), quippe quae longe simplicior sit. —

εἶτα ἄμβωνας ὁ κώθων] Quid significent ἄμβωνες h. l. ea de re magna est quaestio virorum doctorum. Casaubonus *poculi ventres* intelligendos esse censet, Schweighaeuserus *labra*, alii aliud quidquam. Itaque altius descendendum in huius vocis radicem. Etymolog. M. p. 81, 12. παρὰ τὸ βῶ, βῶν, ὡς γηρυῶ, Γηρυών· καὶ ἀναβών, καὶ συγκοπῇ ἄμβων· καὶ καθόλου προσανάβασις καὶ ὑπεροχὴ καὶ ὄρους λόφος. Errat igitur Schweighaeuserus, ἄμβωνας dicens non esse *montium*, ut Casaubonus statuerit, *eminentias in altum emergentes figura rotunda aut κωνοειδεῖ*, sed esse *supercilia propendentia* vel *superciliosas prominentias*, scilicet quum latus montis secundum longitudinem introrsus nonnihil excavatum superne propendat: neque hoc confirmat, quem excitavit, Galenus Lex. Hippocr. v. ἄμβων, ὀφρυώδης ἐπανάστασις. Quum enim de qualibet *elevatione* dicatur ἄμβων, cur non item de ὀφρυώδει? Varius igitur huius vocis admittatur usus necesse est, ut docet Ael. Dionysius ap. Eustath. ad Odyss. ι, 400. p. 1636, 51. Ἄμβωνες, λόφοι ὀρῶν, καὶ ἴτυς πᾶσα, καὶ οἷον ὀφρὺς καὶ ὑπεροχή, καὶ χείλη δὲ λοπάδων. — ἐῤῥέθη δὲ καὶ ἐπὶ μορίου γυναικείου ὁ ἄμβων· — καὶ ἡ τῆς λοπάδος ἐνδοτάτω ὀφρύς. Atque postremam interpretationem, si quis religiosius perpenderit, huic loco commodissimam esse inveniet: nam sicut hodie usus fert, ita etiam veteres fundo vasorum *elevationes* quasdam aptasse videntur. Iam quidem in spatio, inter latera et elevationem istam interiecto, colligi atque inhaerescere sordes sive aquae ὑποστάθμην, neminem fugit, qui eiusmodi pocula unquam inspexit. Quomodo tamen ad hanc expositionem accommodandus sit Pollucis locus Onom. VI, 97. τοῦ δὲ κώθωνος αἱ ἑκατέρωθεν πλευραί, ὥσπερ καὶ τῆς χύτρας, ἄμβωνες καλοῦνται· id sane ignoro. H. Stephanus Thes. Gr. p. 378. A. et Schweigh. corrupta esse Pollucis verba aut defecta aut certe turbata minimeque talia autumant, ut ex iis hic locus illustrari possit. cf. Schneideri Lex. v. κώθων.

4.

Praecedens fragmentum in integro opere excepisse videtur sententiam, qualis excerpta legitur apud Plutarchum in Lycurgo c. 9.

Τὰ πρόχειρα τῶν σκευῶν καὶ ἀναγκαῖα ταῦτα, 26
κλιντῆρες καὶ δίφροι καὶ τράπεζαι, βέλτιστα παρ' αὐτοῖς [Λακεδαιμονίοις] ἐδημιουργεῖτο, καὶ κώθων ὁ Λακωνικὸς εὐδοκίμει μάλιστα πρὸς τὰς στρατείας, ὥς φησι Κριτίας.

Quae quidem coniectura confirmatur etiam verbis *χωρὶς δὲ τούτων* i. e. *κλιντήρων, δίφρων καὶ τραπεζῶν* atque aliarum fortasse rerum, quarum nulla hic mentio iniecta est.

5.

Propter vocem *Κώθων* huc etiam adducendus esse videtur locus Pollucis Onom. VI, 31.

Ἐπικωθωνίζεσθαι δὲ τὸ περαιτέρω πίνειν Κριτίας 27
λέγει.

6.

Κλίνη Μιλησιουργὴς καὶ δίφρος Μιλησιουρ- 28
γής· κλίνη Χιουργὴς καὶ τράπεζα Ῥηγιοεργής. — Λυκιουργὴς φιάλη. — Κορινθιουργής.

Ad Fragm. 5. Aristot. problem. V, 38. *ὀλιγοσιτία καὶ κωθωνισμὸς θέρους.* Eubulus ap. Athen. I. p. 23. A. *Βεβρεγμένος ἥκω καὶ κεκωθωνισμένος.* cf. Phylarchus ib. p. 334. B.

Ad Fragm. 6. Hoc fragmentum compositum atque emendatum est ex tribus veterum scriptorum locis. Athen. XI. p. 486. E. *Κριτίας δὲ ἐν τῇ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑΙ· Κλίνη Μιλησιουργὸς καὶ δίφρος Μιλησιουργής· κλίνη Χιουργὴς καὶ τράπεζα Ῥηνιοεργής.* Ms. *Epit.* referente Schweigh. *Κλίνη μολοσσιουργής, καὶ κλίνη Χιουργής κ. τ. λ.* Partim corrupta atque insuper aucta extant Critiae verba apud Eustath. ad Il. *μ*, p. 868, 23. Rom.

7.

Eustathius ad Homeri Odyss. ϑ, 376. p. 1601. Rom. Καὶ ἦν ἔθος παλαιὸν οὕτω παίζειν, καὶ ἐπεχωρίαζέ φασι ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΟΙΣ ἀγὼν τὰ σφαιρομάχια. — Σημείωσαι δὲ καί, ὅτι ὀρχήσεως εἶδος ἦν καὶ ἡ τοιαύτη διὰ σφαίρας παιδιά, ὡς δηλοῖ καὶ ὁ οὕτω γράψας· θερμαϋστρὶς, ὄρχησις διὰ ποδῶν σύντονος. φησὶ γοῦν Κριτίας οὕτω·

29 Ἀναπηδήσαντες εἰς ὕψος, πρὸ τοῦ κατενεχθῆναι ἐπὶ γῆν παραλλαγὰς πολλὰς τοῖς ποσὶν ἐποίουν, ὃ δὴ θερμαϋστρίζειν ἔλεγον.

Ἀριστοφάνης γὰρ ἐν Εἰρήνῃ Ναξιουργής φησι κάνθαρος, καὶ Κριτίας κρήνη Μολοσσιουργής· τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ Χιουργὴς καὶ Κορινθιουργής. ὥστε κατ᾽ αὐτὸν καὶ Λυκιουργὴς φιάλη, ἡ ἐν Λυκίᾳ, ἡ παρὰ Λυδοῖς εἰργασμένη. — Germana autem pro vulgari Μολοσσιουργής lectio reperitur ap. Harpocration. v. Λυκιουργεῖς, Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Τιμόθεον. Δίδυμός φησι τὰς ὑπὸ Λυκίου κατεσκευασμένας φιάλας, τοῦ Μύρωνος υἱοῦ, οὕτως εἰρῆσθαι· ἀγνοεῖν δὲ ἔοικεν ὁ γραμματικὸς, ὅτι τὸν τοιοῦτον σχηματισμὸν ἀπὸ κυρίων ὀνομάτων οὐκ ἄν τις εὕροι γινόμενον, μᾶλλον δὲ ἀπὸ πόλεων καὶ ἐθνῶν, ὡς κλίνη Μιλησιουργὴς Κριτίας φησὶν ἐν τῇ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑΙ. — Sed quid est τράπεζα Ῥηνιοεργής? Hoc alii doceant. Equidem legendum proposui Ῥηγιοεργής, inductus potissimum inscriptione quadam ap. Gruter. p. 1101. N. 1. *In templo collegi fabrum et centonariorum RHEGINENSIUM.* Nam sicubi peculiare est templum collegii fabrorum, ibi etiam haud vulgaria fuisse oportet eorundem opera.

Ad Fragm. 7. Ex Lacedaemoniorum Politia depromptum esse hoc fragmentum eo colligitur, quod Eustathius paullo ante loquutus est de *Lacedaemoniorum* σφαιρομαχίοις. — Eadem res, quam Critias exponit, descripta est iam apud Homer. Il. ϑ, 372 sqq.

οἱ δ᾽ ἐπεὶ οὖν σφαῖραν καλὴν μετὰ χερσὶν ἕλοντο,
πορφυρέην, τήν σφιν Πόλυβος ποίησε δαΐφρων·
τὴν ἕτερος ῥίπτασκε ποτὶ νέφεα σκιόεντα,
ἰδνωθεὶς ὀπίσω· ὁ δ᾽ ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ᾽ ἀερθεὶς,
ῥηϊδίως μεθέλεσκε, πάρος ποσὶν οὖδας ἱκέσθαι.

β. Ἐκ τῆς τῶν Θετταλῶν Πολιτείας.

8.

Athen. XII. p. 527. A. B.

Ὡμολόγηνται δ' οἱ Θετταλοὶ (ὡς καὶ Κριτίας 30
φησὶ) πάντων Ἑλλήνων πολυτελέστατοι γεγενῆσθαι περί τε τὴν δίαιταν καὶ τὴν ἐσθῆτα· ὅπερ αὐτοῖς αἴτιον ἐγένετο κατὰ τῆς Ἑλλάδος ἐπαγαγεῖν τοὺς Πέρσας, ζηλώσαντας τὴν τούτων τρυφὴν καὶ πολυτέλειαν.

Quum per se iam verisimile videatur haec verba (quae quidem dubito an non sint Critiae ipsissima verba) ad Thessalorum Politiam respicere, id tamen altero Athenaei loco (XIV. p. 663. A.) confirmatur, ubi disertis verbis *Θετταλῶν Πολιτεία* laudatur, corrupto quidem illo, sed ita comparato, ut ex altero loco facile emendari possit: Ὁμολογοῦνται δὲ οἱ Θετταλοὶ πολυτελέστατοι τῶν Ἑλλήνων γεγενῆσθαι περί τε τὰς ἐσθῆτας καὶ τὴν δίαιταν· ὅπερ αὐτοῖς αἴτιον ἐγένετο καὶ τοῦ κατὰ τῆς Ἑλλάδος ἐπαγαγεῖν τοὺς Πέρσας, ἐζηλωκόσι τὴν τούτων τρυφὴν καὶ πολυτέλειαν. ἱστορεῖ δὲ καὶ περὶ τῆς πολυτελείας αὐτῶν καὶ Κριτίας [vulg. Κρατῖνος] ἐν τῇ ΠΟΛΙΤΕΙΑΙ αὐτῶν [ΘΕΤΤΑΛΩΝ]. Recte emendavit Casaubonus librorum lectionem *ΚΡΑΤΙΝΟΣ*, assentiente, ut par erat, C. Gu. Luca in dissertatione de Cratino et Eupolide (Bonnae 1826. 8.) p. 78. Quid

---

Ad Fragm. 30. De Thessalorum effrenata licentia inspiciendus est etiam Platonis Crito p. 53. D. ἐκεῖ [ἐν Θετταλίᾳ] γὰρ δὴ πλείστη ἀταξία καὶ ἀκολασία. Theopompus in Historiarum lib. XXVI. ap. Athen. VI. p. 260. B. C. Τοὺς Θεσσαλοὺς εἰδὼς ὁ Φίλιππος ἀκολάστους ὄντας καὶ περὶ τὸν βίον ἀσελγεῖς, συνουσίας αὐτῶν κατεσκεύαζε, καὶ πάντα τρόπον ἀρέσκειν αὐτοῖς ἐπειρᾶτο· καὶ γὰρ ὀρχούμενος καὶ κωμάζων καὶ πᾶσαν ἀκολασίαν ὑπομένων, — πλείους τε τῶν Θετταλῶν, τῶν αὐτῷ πλησιασάντων, ᾑρεῖτο μᾶλλον ἐν ταῖς συνουσίαις ἢ ταῖς δωρεαῖς. cf. Philostrat. Vit. Crit. §. 5.

enim Cratini, Comoediarum scriptoris, Thessalorum Politia? Nemo saltem huius rei mentionem fecit. Quam ob rem quum uterque locus, apud Athenaeum servatus, iisdem paene expressus sit verbis, nulla relinquitur dubitatio, quin scripturae compendium quoddam in lucem protulerit monstrum illud *Κρατῖνος*.

γ. Ἐκ τῆς τῶν Ἀθηναίων Πολιτείας.

Quae de Themistocle, Cleone atque Cimone Critias exposuisse laudatur, satis verisimiliter respiciunt ad ipsius *rem publicam Atheniensium*, licet eius nusquam fiat mentio.

9.

Aeliani Var. Hist. X, 17.

31 *Λέγει Κριτίας Θεμιστοκλέα τὸν Νεοκλέους, πρὶν ἢ ἄρξασθαι πολιτεύεσθαι, τρία τάλαντα ἔχειν τὴν οὐσίαν τὴν πατρῴαν· ἐπεὶ δὲ τῶν κοινῶν προέστη, εἶτα ἔφυγε καὶ ἐδημεύθη αὐτοῦ ἡ οὐσία, κατεφωράθη ἑκατὸν ταλάντων πλείω οὐσίαν ἔχων. ὁμοίως δὲ καὶ Κλέωνα πρὸ τοῦ παρελθεῖν ἐπὶ τὰ κοινὰ μηδὲν τῶν οἰκείων ἐλεύθερον εἶναι· μετὰ δὲ πεντήκοντα ταλάντων τὸν οἶκον ἀπέλιπεν.*

10.

Plutarch. Cimon. c. 16.

32 *Ἐφιάλτου δὲ κωλύοντος καὶ διαμαρτυρομένου μὴ βοηθεῖν, μηδ᾽ ἀνιστάναι πόλιν ἀντίπαλον ἐπὶ τὰς Ἀθήνας, ἀλλ᾽ ἐᾶν κεῖσθαι καὶ πατηθῆναι τὸ φρόνημα τῆς Σπάρτης, Κίμωνά φησι Κριτίας τὴν τῆς πατρίδος αὔξησιν ἐν ὑστέρῳ θέμενον τοῦ Λακεδαιμονίων συμφέροντος, ἀναπείσαντα τὸν δῆμον ἐξελθεῖν βοηθοῦντα μετὰ πολλῶν ὁπλιτῶν.*

II. BIOI.

Gu. Ern. Weberus se non satis iudicare posse fatetur, qualis fuerit liber, quem Philostratus in dedicatione operis de vitis Sophistarum (p. 480. ed. Olear.) significet; nihilominus adiungit illum exhibuisse fortasse Vitas sapientium hominum, quorum ingeniis Graecia gloriata esset, ab Homeri inde temporibus *). Quod quidem satis probabile videtur, nisi quod longius etiam regredeundum fuit: nimirum virorum, sive re vera floruerint, sive animo ingeniove tantum concepti, ante Homerum quoque illustrium Critiam repetisse memoriam, Mallius Theodorus commemorat, si quidem inde, quum Critiam de Orpheo disserentem proposuerit, tale quippiam colligere licet. Atque omnes locos, quibus Critiam de viris illustribus enarrantem laudant scriptores veteres, accuratius inspecturo verisimile videbitur ordine quodam chronologico Critiam peregisse censum poetarum aliorumque virorum excellentium. Itaque fragmenta huc spectantia ad temporum rationem accommodare studeamus.

1.

Mallius Theodorus de Metris p. 19. ed. Heusinger.

Metrum dactylicum hexametrum inventum primitus 33
ab Orpheo Critias asserit, Democritus a Musaeo.

2.

Philostrat. Vit. Sophist. p. 480.

Οἶδα γὰρ δὴ καὶ Κριτίαν τὸν σοφιστὴν οὐκ 34

---

*) Com. de Critia Tyr. p. 23.

Ad fragm. 2. Weber. Com. p. 23. N. 67. *Philostratus dicit, quorum vitas delineaverit, eos non additis patrum nominibus*

ἐκ πατέρων, ἀλλ' Ὁμήρου δὴ μόνον ἐπιμνησθέντα, ἐπειδὴ θαῦμα δηλώσειν ἔμελλε πατέρα Ὁμήρου ποταμὸν εἶναι.

3.

Aelian. Var. Hist. X, 13.

Αἰτιᾶται Κριτίας Ἀρχίλοχον, ὅτι κάκιστα ἑαυτὸν εἶπεν.

35 Εἰ γὰρ μὴ (φησὶν) ἐκεῖνος τοιαύτην δόξαν ὑπὲρ ἑαυτοῦ εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξήνεγκεν, οὐκ ἂν ἐπυθόμεθα ἡμεῖς, οὔτε ὅτι Ἐνιποῦς υἱὸς ἦν τῆς δούλης, οὔθ' ὅτι καταλιπὼν Πάρον διὰ πενίαν καὶ ἀπορίαν ἦλθεν εἰς Θάσον, οὔθ' ὅτι ἐλθὼν τοῖς ἐνταῦθα ἐχθρὸς ἐγένετο, οὐδὲ μὴν, ὅτι ὁμοίως τοὺς φίλους καὶ τοὺς ἐχθροὺς κακῶς ἔλεγε. πρὸς δὲ τούτοις (ἦ δ' ὅς) οὔτε ὅτι μοιχὸς ἦν, ᾔδειμεν ἂν, εἰ μὴ παρ' αὐτοῦ μαθόντες, οὔτε ὅτι λάγνος καὶ ὑβριστὴς, καὶ, τὸ ἔτι τούτων αἴσχιστον, ὅτι τὴν ἀσπίδα ἀπέβαλεν. οὐκ ἀγαθὸς ἄρα ἦν ὁ Ἀρχίλοχος μάρτυς ἑαυτῷ, τοιοῦτον κλέος ἀπολιπὼν καὶ τοιαύτην ἑαυτῷ φήμην.

Ταῦτα οὐκ ἐγὼ Ἀρχίλοχον αἰτιῶμαι, ἀλλὰ Κριτίας.

---

induxisse, nisi Homerum, quod miraculo fore duceret, patrem Homero fluvium esse; in quo facile vides deridere voluisse Critiam eorum absurdam sedulitatem, qui uniuscuiusque magni hominis etiam memorabilem quemdam parentem vellent. — Fluvius, quem Critias respicit, fuit *Meles.* Plutarch de Vita Hom. β, 2. υἱὸς δὲ ὑπ' ἐνίων λέγεται [Ὅμηρος] Μαίονος καὶ Κριθηΐδος· ὑπὸ δέ τινων Μέλητος τοῦ ποταμοῦ. Alia est narratiuncula ibid. α, 3. ἣν [Κριθηΐδα] διατρίβουσαν παρὰ τῷ Μέλητι, καὶ συσχεθεῖσαν ὑπὸ τῆς ὠδῖνος ἔτυχεν ἀποκυῆσαι τὸν Ὅμηρον ἐπὶ τῷ ποταμῷ. cf. Pseudo-Herodot. Vit. Hom. c. 3. Epigram. incert. in Anth. Gr. IV. p. 222. Υἱὲ Μέλητος Ὅμηρε, σὺ γὰρ κλέος Ἑλλάδι πάσῃ.

4.

Schol. ad Euripidis Hippolyt. 263. p. 439. Matth.: *Μάρτυρες ἔσονται οἱ σοφοὶ, εἴπου ἑνὸς τῶν* 36
ἑπτὰ σοφῶν ἐστιν ἀπόφθεγμα τὸ ΜΗΔΕΝ ἌΓΑΝ, ὅπερ Χίλωνι ἀνατιθέασιν, ὡς Κριτίας καὶ Πίνδαρος, οἱ δὲ Σωδάμῳ.

III. *Περὶ φύσεως ἔρωτος ἢ ἐρώτων.*

Claudius Galenus commemorat Critiae librum *de Natura Amoris*, pedestri oratione conscriptum. Novum id documentum, quanta illius fuerit ingenii celeritas, quippe qui non solum carminibus elegantissimis, rerum publicarum prudentia, eloquentia aliisque excelluerit virtutibus, sed idem, Socratis licet infidus discipulus, libros quoque philosophos in publico proposuerit, ille quidem a Socrate ipso in Platonis Timaeo ita descriptus: *Κριτίαν δέ που πάντες οἱ τῇδ' ἴσμεν οὐδενὸς ἰδιώτην ὄντα ὧν λέγομεν* *). Sed ecce adumbrationem phi-

---

Ad Fragm 4. Quidam illud dictum ad Solonem rettulerunt (v. Epim. ad Mimn. p. 55.), alii autem ad alios. Extat Pindari versus in fragm. 235. ed. Boeckh. *Σοφοὶ δὲ καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν ἔπος αἴνησαν περισσῶς.* Atque ita etiam Plato in Protagora p. 343. B. non uni alterive assignavit illud *ῥῆμα βραχύ*, sed omnibus, qui vocantur, septem sapientibus: *οὗτοι καὶ κοινῇ ξυνελθόντες ἀπαρχὴν τῆς σοφίας ἀνέθεσαν τῷ Ἀπόλλωνι εἰς τὸν νεὼν τὸν ἐν Δελφοῖς, γράψαντες ταῦτα, ἃ δὴ πάντες ὑμνοῦσι· ΓΝΩΘΙ ΣΑΥΤΟΝ· καὶ ΜΗΔΕΝ ΑΓΑΝ.* Atque Schol. ad Eurip. l. c. pergit: *ὡς τὸ ἐν Τεγέᾳ ἐπίγραμμα δηλοῖ·*

Ταῦτ' ἔλεγεν Σώδαμος Ἐπηράτου, ὅς μ' ἀνέθηκεν.
Μηδὲν ἄγαν, καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά.

ὁ δὲ Θεόφραστος, ὡς τὰ Σισύφου λεγόμενα καὶ Πιτθέως, οἷον μηδὲν ἄγαν, μηδὲ δίκαν δικάσῃς.

*) Tim. p. 20. A. Haec spectare videntur ad philosophiam, qualis in Critiae scriptis fuerit; qualis tamen in vitam transierit,

losophiae Critianae, ab eodem Platone circumscriptam: ipse enim Critias, *Περὶ θεῶν*, inquit, *ὦ Τίμαιε, λέγοντά τι πρὸς ἀνθρώπους δοκεῖν ἱκανῶς λέγειν ῥᾷον, ἢ περὶ θνητῶν πρὸς ἡμᾶς· ἡ γὰρ ἀπειρία καὶ σφόδρα ἄνοια* *) *τῶν ἀκουόντων περὶ ὧν ἂν οὕτως ἔχωσι πολλὴν εὐπορίαν παρέχεσθον τῷ μέλλοντι λέγειν τι περὶ αὐτῶν· περὶ δὲ δὴ θεῶν ἴσμεν, ὡς ἔχομεν· ἵνα δὲ σαφέστερον, ὃ λέγω, δηλώσω, τῇδέ μοι ξυνεπισπέσθε. μίμησιν μὲν γὰρ δὴ καὶ ἀπεικασίαν τὰ παρὰ πάντων ἡμῶν ῥηθέντα χρεὼν που γενέσθαι· τὴν δὲ τῶν γραφέων εἰδωλοποιίαν περὶ τὰ θεῖά τε καὶ τὰ ἀνθρώπινα σώματα γιγνομένην ἴδωμεν ῥᾳστώνης τε πέρι καὶ χαλεπότητος πρὸς τὸ τοῖς ὁρῶσι δοκεῖν ἀποχρώντως μεμιμῆσθαι, καὶ κατοψόμεθα, ὅτι γῆν μὲν καὶ ὄρη καὶ ποταμοὺς καὶ ὕλην οὐρανόν τε ξύμπαντα καὶ τὰ περὶ αὐτὸν ὄντα καὶ ἰόντα πρῶτον μὲν ἀγαπῶμεν, ἄν τίς τι καὶ βραχὺ πρὸς ὁμοιότητα αὐτῶν ἀπομιμεῖσθαι δυνατὸς ᾖ, πρὸς δὲ τούτοις, ἅτε οὐδὲν εἰδότες ἀκριβὲς περὶ τῶν τοιούτων, οὔτε ἐξετάζομεν οὔτε ἐλέγχομεν τὰ γεγραμμένα, σκιαγραφίᾳ δὲ ἀσαφεῖ καὶ ἀπατηλῷ χρώμεθα περὶ αὐτά· τὰ δὲ ἡμέτερα ὁπόταν τις ἐπιχειρῇ σώματα ἀπεικάζειν, ὀξέως αἰσθανόμενοι τὸ παραλειπόμενον διὰ τὴν ἀεὶ ξύνοικον κατανόησιν χαλεποὶ κριταὶ γιγνόμεθα τῷ μὴ πάσας πάντως τὰς ὁμοιότητας ἀποδιδόντι. ταὐτὸν δη καὶ κατὰ τοὺς λόγους ἰδεῖν δεῖ γιγνόμενον, ὅτι τὰ μὲν οὐράνια καὶ θεῖα ἀγαπῶμεν καὶ σμικρῶς εἰκότα λεγόμενα, τὰ δὲ θνητὰ καὶ ἀνθρώπινα ἀκριβῶς ἐξετάζομεν* **). Haec sane imago est *ἰδιώτου ἐν φιλοσόφοις καὶ φιλοσόφου ἐν ἰδιώταις*, qui eo usque

---

illustrat Scholiasta ad Tim. p. 424. ed. Bekker. *Ὁ δὲ Κριτίας ἦν μὲν γενναίας καὶ ἁδρᾶς φύσεως, ἥπτετο δὲ καὶ φιλοσόφων συνουσιῶν, καὶ ἐκαλεῖτο ἰδιώτης μὲν ἐν φιλοσόφοις, φιλόσοφος δὲ ἐν ἰδιώταις. ἐτυράννευσε δὲ καὶ αὐτὸς εἷς τῶν λ' γεγονώς.*

*) Propter vocem *σφόδρα* praeferenda esse videtur lectio *ἄνοια*, quam sex Bekkeri Codd. praebent. Vulg. *ἄγνοια*.

**) Platton. Crit. p. 107. cf. Fragm. 9.

persequutus est rerum divinarum et humanarum naturam, ut ipsum non piguerit sapientiam inter et divitias hancce instituere comparationem:

σοφῆς δὲ πενίας σκαιότητα πλουσίαν
κρεῖσσον σύνοικόν ἐστιν ἐν δόμοις ἔχειν.

Talis philosophus quam facile induci potuerit, ut deos esse negaret, nemo est qui infitias eat, praesertim quum ille vel sanguinem *περικάρδιον* docuerit esse *νόημα* *).

Atque illius *περὶ φύσεως ἔρωτος ἢ ἐρώτων* libri nihil amplius relictum est, nisi titulus atque exiguum fragmentum apud Galenum in Glossario Hippocr. v. *Δυςανίης· Κριτίας ἐν τῷ περὶ φύσεως ἔρωτος ἢ ἐρώτων* **) *οὕτως ἐξηγεῖται τοὔνομα* ***)·

Δυςανίης δέ ἐστιν, ὅςτις ἐπὶ τοῖς σμικροῖς ἀνιᾶ- 37
ται καὶ ἐπὶ τοῖς μεγάλοις μᾶλλον ἢ ἄλλοι ἄν-
θρωποι ἢ πλείω χρόνον.

Neque tamen veram esse Weberi de hoc loco sententiam (Com. p. 21. N. 58.) satis comprobant ipsius Critiae verba prosa oratione concepta. Ille enim: *Quod si*, inquit, *ad similitudinem eius orationis, qua de anima versibus disputavit Critias, coniecturam inire*

---

*) Vide fragm. 8.

**) Libri exhibent *περὶ φύσεως ἔρωτος ἢ ἀρετῶν*, quae quidem lectio iam offendit Franzium, ita annotantem: *Eundem librum duas inscriptiones tam diversas habere verisimile non est. Vel igitur de natura ἔρωτος, id est amoris tantum legendum est, vel de natura ἀρετῶν; prior tamen lectio videtur probabilior. Error est in nominis similitudine, et alterum videtur esse glossema.* — Sed quomodo *ἀρετῶν* glossema esse possit *ἔρωτος* atque vicissim, equidem haud perspicio. Immo lenius adhibendum remedium, scribendo *ἐρώτων* pro *ἀρετῶν*, quod tanto facilius elabi potuerat ex penna librarii, quanto magis eum offenderat duplex *ἔρως*. *Ἔρωτες* idem significant, quod Latinorum *Amores* (*Liebeshändel*).

***) Ms. D. *τὸ ὄνομα*. Ceteri *τοὔνομα*.

liceret, etiam hunc librum rhythmis conceptum esse censerem, adque eum referrem suavissimos illos in Anacreontem versus, quos conservavit Athenaeus XIII. p. 601. *D.*

Fortasse huc referenda sunt etiam, quae leguntur apud Dionem Chrysostom. Orat. 21. Vol. I. p. 502. ed. Reisk.

38 *ἢ οὐκ οἶσθα Κριτίαν τὸν τῶν τριάκοντα, ὅτι κάλλιστον ἔφη εἶδος ἐν τοῖς ἄῤῥεσι τὸ θῆλυ, ἐν δ' αὖ τοῖς θήλεσι τοὐναντίον;*

IV. *Ἀφορισμοὶ καὶ Ὁμιλίαι.*

Utrumque opus, et *Aphorismi* et *Homiliae* sive *Colloquia*, argumenti philosophici fuisse videtur, si quidem ex particulis perexiguis licet constituere sententiarum perpetuitatem. Aphorismos plures, quam duo cepisse libros patet ex ratione, qua fragmentum excitatur, *ἐν τῷ πρώτῳ Ἀφορισμῷ*, non *ἐν τῷ προτέρῳ*, sicut deinceps *ἐν Ὁμιλιῶν προτέρῳ*, unde conficitur Homilias ad duos tantummodo referendas esse libros.

Neque improbabile videtur Critiae *Aphorismos* posteriorum philosophorum similibus libris tanquam facem praetulisse, quorum exemplum quum alios tum maxime Arrhianum commoverit, ut litteris mandaret Epicteti sententias, non redactas in normam dialecticam, atque Marcum Aurelium Antoninum, Imperatorem philosophum, ad conscribenda aureola ista *Ὑπομνημάτια* *).

---

*) Videsis, quae diximus ad M. Aurel. Anton. Ph. (Lipsiae 1826. 8.) p. 11 sq.

1.

Galen. Operum. T. V. p. 665, 5. ed. Basil. T. XII. p. 10. F. Charter. Κριτίας μὲν ἐν τῷ πρώτῳ Ἀφορισμῷ τάδε γράφει·

Μηδὲ ἃ τῷ ἄλλῳ σώματι αἰσθάνεται, μηδὲ ἃ 39
τῇ γνώμῃ γιγνώσκει.

καὶ πάλιν·

Γιγνώσκουσιν οἱ ἄνθρωποι, εἴ τις μὲν ὑγιαίνει τῇ γνώμῃ.

2.

Galen. l. c. p. 665, 6. Bas. p. 10 sq. Charter.
Καὶ ἐν Ὁμιλιῶν προτέρῳ [Κριτίας γράφει]·

Εἰ δ' αὐτὸς ἀσκήσειας, ὅπως γνώμῃ σῇ ἱκανὸς 40
ἥκιστα ἂν οὕτως ὑπ' αὐτοῦ ἂν ἀδικηθείης *).

καὶ πολλάκις ἐν τῷ αὐτῷ καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Ὁμιλιῶν ἀντιδιαιρῶν ταῖς αἰσθήσεσι τὴν γνώμην πολλάκις εἴρηκεν, ὥςπερ καὶ ὁ Ἀντιφῶν ἐν τῷ πρώτῳ τῆς ἀληθείας κ. τ. λ.

Quod attinet ad sententiam utriusque fragmenti, ea saltem respicere videtur ad eorum philosophorum placita, qui nihil omnino cognosci posse dixerunt, illa quidem renovata et prae ceteris exculta in disciplina novae Academiae, docente Cicerone Academ. I, 12, 44. *Tum ego, Cum Zenone, inquam ut accepimus, Arcesilas sibi omne certamen instituit, non pertinacia aut studio vincendi, ut mihi quidem videtur, sed earum rerum obscuritate, quae ad confessionem ignorationis adduxerant Socratem et iam ante Socratem Democri-*

---

*) In Apographo, quod ex editione Charterii mecum communicavit Silligius, legitur: ὅπως γνώμη ᾗ, ἱκανὸς ἥκιστα ἂν κ. τ. λ. Ex editione Basileensi ipse antea transcripseram Vratislaviae: ὅπως γνώμη σῇ ἱκανὸς, ἥκιστα ἂν κ. τ. λ. Aperte fateor me huius loci iustam adhuc desiderare medicinam.

tum, Anaxagoram, Empedoclem, omnis paene veteres, qui nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse [*dixerunt*], *angustos sensus, imbecillos animos, brevia curricula vitae, et* (*ut Democritus*) *in profundo veritatem esse demersam, opinionibus et institutis omnia teneri* [haec potissimum e Critiae animo repetita, cf. Fragm. 9, 16 sqq.], *nihil veritati relinqui, deinceps omnia tenebris circumfusa esse dixerunt. Itaque Arcesilas negabat esse quidquam, quod sciri posset, ne illud quidem ipsum, quod Socrates sibi reliquisset: sic omnia latere in occulto.* cett. cf. Sext. Emp. adv. Math. VII, 154. 408 sqq. Tennemann. Hist. philos. T. I. p. 285 sqq. 330 sqq. 251 sqq.

Γ. ΛΟΓΩΝ ΕΙΔΟΣ.

1.

In principio huius libelli proposita sunt Criticorum veterum iudicia de Critiae virtutibus oratoriis, quas quidem hodie in integris orationibus admirari non licet. Attamen ἀκρίβειαν, quam Graeci vocant, sive summam eloquentiae Critianae degustabis ex oratione, quam Xenophon (Hell. II, 3, 24—34.) ad Critiae cogitandi dicendique rationem accommodasse putandus est. Probabile est enim Xenophontem singulos viros, quos in historia Graeca eloquentes introduxit, expressisse ad exemplar Thucydidis, Lib. I, 22. haecce docentis: *Καὶ ὅσα μὲν λόγῳ εἶπον ἕκαστοι, ἢ μέλλοντες πολεμήσειν, ἢ ἐν αὐτῷ ἤδη ὄντες, χαλεπὸν τὴν ἀκρίβειαν αὐτὴν τῶν λεχθέντων διαμνημονεῦσαι ἦν, ἐμοί τε ὧν αὐτὸς ἤκουσα καὶ τοῖς*

ἄλλοθέν ποτε ἐμοὶ ἀπαγγέλλουσιν· ὡς δ' ἂν ἐδόκουν ἐμοὶ ἕκαστοι περὶ τῶν ἀεὶ παρόντων τὰ δέοντα μάλιστ' εἰπεῖν, ἐχομένῳ ὅτι ἐγγύτατα τῆς ξυμπάσης γνώμης τῶν ἀληθῶς λεχθέντων, οὕτως εἴρηται. Itaque sicut ex oratione funebri, qua Thucydides II, 35 sqq. Periclis ingenium immortalitati tradidit, illum ipsius Periclis succum quodammodo cognoscere licet, ita Xenophon etiam effinxisse videtur Critiae vim et sententiarum brevitatem.

Nimirum Critias et ceteri e triginta viris, quum Theramenem minus vehementem neque ad crudelitatem qualemcunque exercendam vidissent paratum, ne ille populi favorem sibi conciliaret, tria millia civium collegerunt, qui summam rei publicae defenderent, et concione advocata Critias surrexit atque in Theramenem invectus est hunc in modum:

1 *Ὦ ἄνδρες βουλευταὶ, εἰ μέν τις ὑμῶν νομίζει πλέο-* 41
νας τοῦ καιροῦ ἀποθνήσκειν, ἐννοησάτω, ὅτι, ὅπου πο-
λιτεῖαι μεθίστανται, πανταχοῦ ταῦτα γίγνεται· πλείστους
δ' ἀνάγκη ἐνθάδε πολεμίους εἶναι τοῖς ἐς ὀλιγαρχίαν
μεθιστᾶσι, διά τε τὸ πολυανθρωποτάτην τῶν Ἑλληνίδων
τὴν πόλιν εἶναι καὶ διὰ τὸ πλεῖστον χρόνον ἐν ἐλευθερίᾳ
2 *τὸν δῆμον τεθράφθαι. ἡμεῖς δὲ, γνόντες μὲν τοῖς οἵοις*
ἡμῖν τε καὶ ὑμῖν χαλεπὴν πολιτείαν εἶναι δημοκρατίαν,

---

§. 1. *πλέονας τοῦ καιροῦ ἀπ.*] Paullo ante Xenophon II, 3, 15. *τῷ μὲν οὖν πρώτῳ χρόνῳ ὁ Κριτίας τῷ Θηραμένει ὁμογνώμων τε καὶ φίλος ἦν· ἐπεὶ δὲ αὐτὸς μὲν προπετὴς ἦν ἐπὶ τὸ πολλοὺς ἀποκτείνειν, ἅτε καὶ φυγὼν ὑπὸ τοῦ δήμου, ὁ δὲ Θηραμένης ἀντέκοπτε λέγων, ὅτι οὐκ εἰκὸς εἴη θανατοῦν, εἴ τις ἐτιμᾶτο ὑπὸ τοῦ δήμου, τοὺς δὲ καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς μηδὲν κακὸν εἰργάζετο.* cf. §. 21.

ἀνάγκη πολεμίους εἶναι] E Codicibus B. Y. *ἐνθάδε* addidi. Ita non opus cum Moro *ἡμῖν* inserere. Defectum tamen orationis is bene sensit. Deinceps vulgatum *τετράφθαι* monente Buttmanno in Grammatica Graeca [ed. mai. II. p. 241.] correxi. SCHNEIDER.

§. 2. *οἵοις τε ἡμῖν καὶ ὑμῖν*] Hanc vulgatam scripturam cum

γνόντες δὲ, ὅτι Λακεδαιμονίοις τοῖς περισώσασιν ἡμᾶς ὁ μὲν δῆμος οὔποτ' ἂν φίλος γένοιτο, οἱ δὲ βέλτιστοι ἀεὶ ἂν πιστοὶ διατελοῖεν, διὰ ταῦτα σὺν τῇ Λακεδαιμο-
3 νίων γνώμῃ τήνδε τὴν πολιτείαν καθίσταμεν. καὶ ἐάν τινα αἰσθανώμεθα ἐναντίον τῇ ὀλιγαρχίᾳ, ὅσον δυνάμεθα, ἐκποδὼν ποιούμεθα· πολὺ δὲ μάλιστα ἡμῖν δοκεῖ δίκαιον εἶναι, εἴ τις ἡμῶν αὐτῶν λυμαίνεται ταύτῃ τῇ
4 καταστάσει, δίκην αὐτὸν διδόναι. νῦν οὖν αἰσθανόμεθα Θηραμένην τουτονὶ οἷς δύναται ἀπολλύντα ἡμᾶς τε καὶ ὑμᾶς. ὡς δὲ ταῦτα ἀληθῆ, ἢν κατανοῆτε, εὑρήσετε οὔτε ψέγοντα οὐδένα μᾶλλον Θηραμένους τουτουὶ τὰ παρόντα, οὔτε ἐναντιούμενον, ὅταν τινὰ ἐκποδὼν βουλώμεθα ποιή-
5 σασθαι τῶν δημαγωγῶν. εἰ μὲν τοίνυν ἐξ ἀρχῆς ταῦτα ἐγίγνωσκε, πολέμιος μὲν ἦν, οὐ μέντοι πονηρός γ' ἂν δικαίως ἐνομίζετο· νῦν δὲ αὐτὸς μὲν ἄρξας τῆς πρὸς

Reizio et Weiskio transposita copula τε correxi. Cf. I, 4, 16. Male Zeune οἵοις περ ἡμ. καὶ ὑμῖν fecerat. SCHN. Recte senserat Wolfius in Epistola ad Schneiderum *et* — *et* requiri, quod restituitur transposita copula τε, ut §. 4. et 10. ἡμᾶς τε καὶ ὑμᾶς.

§. 3. ἐναντίον] Ita vulgatum ἐναντία cum Codd. B. C. D. quod habet quoque margo St. et L. correxi. ἐναντία A. E. habent, quod Bryl. et Cast. in ἐναντιῶν mutarunt, male probante Zeunio. Xenophon semper ἐναντιοῦσθαι dixit. Mecum sentiunt Matthiae et Weiske. SCHN. ἐναντίον dedit etiam Codex Victorii, cuius scripturae varietates edidit Lud. Dindorfius. Idem paullo infra δοκεῖ ἡμῖν.

§. 4. εὑρήσετε] Deinceps verbum aliquod desidero sequentibus copulandum, aut repetendum εὑρήσετε post οὔτε γὰρ ψέγοντα. Ita enim malim comparata sectione 34. De hoc loco disputavit etiam Matthiae p. 97. [Miscell. phil. P. II.] SCHN. Equidem nihil video offensionis neque ideo quidquam emendandum esse velim. Structura: ἢν δὲ κατανοῆτε, ὡς ταῦτα ἀληθῆ (sc. ἐστὶν), εὑρήσετε οὔτε ψέγοντα — οὔτε ἐναντιούμενον.

§. 5. ταῦτα ἐγίγνωσκε] A. I. Br. Cast. cum Codd. A. C. E. omittunt ταῦτα. SCHN. Ms. Victorii exhibet ταῦτα.

*Λακεδαιμονίους πίστεως καὶ φιλίας; αὐτὸς δὲ τῆς τοῦ
δήμου καταλύσεως, μάλιστα δὲ ἐξορμήσας ἡμᾶς τοῖς
πρώτοις ὑπαγομένοις ἐς ἡμᾶς δίκην ἐπιτιθέναι, νῦν, ἐπεὶ
καὶ ὑμεῖς καὶ ἡμεῖς φανερῶς ἐχθροὶ τῷ δήμῳ γεγενήμε-
θα, οὐκέτ' αὐτῷ τὰ γιγνόμενα ἀρέσκει, ὅπως αὐτὸς μὲν
αὖ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ καταστῇ, ἡμεῖς δὲ δίκην δῶμεν τῶν
6 πεπραγμένων. ὥςτε οὐ μόνον ὡς ἐχθρῷ αὐτῷ προςήκει,
ἀλλὰ καὶ ὡς προδότῃ ὑμῶν τε καὶ ἡμῶν διδόναι τὴν
δίκην. καίτοι τοσούτῳ μὲν δεινότερον προδοσία πολέμου,
ὅσῳ χαλεπώτερον φυλάξασθαι τὸ ἀφανὲς τοῦ φανεροῦ·
τοσούτῳ δ' ἔχθιον, ὅσῳ πολεμίοις μὲν ἄνθρωποι καὶ
σπένδονται αὖθις καὶ πιστοὶ γίγνονται· ὃν δ' ἂν προδι-
δόντα λαμβάνωσι, τούτῳ οὔτε ἐσπείσατο πώποτε οὐδείς,
7 οὔτ' ἐπίστευσε τοῦ λοιποῦ. ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι οὐ καινὰ*

ἡμᾶς — ἐς ἡμᾶς] Codd. B. C. D. *ὑμᾶς*. sequens *ἐς* omittit E. SCHN.

§. 6. *ὅσῳ πολεμίοις μὲν*] Lectio librorum est *πολέμιοι*. Sed iam Morus, aliis probantibus: „An *πολεμίῳ* legendum?“ Sed ambiguitatis species in vicinia verborum *ὅσῳ* et *πολομίῳ* indigna est auctore terso: et facile littera *Σ* ante *Μ* potuit omitti. Omnino autem ob sequentia dubitari non potest, dativum hic esse debere. WEISKE.

οὔτ' ἐπίστευσε τοῦ λοιποῦ] Ita Codd. B. D. atque recte quidem. Uterque, et Weiskius et Schneiderus, intellexit concinnitatem orationis postulare lectionem, quam margo Leonclav. exhibet: *οὔτε πιστεῦσαι*. Sed longe praestat illa, quam Codices praebent, lectio, quippe quae omnino respondeat praecedenti sententiae *καὶ πιστοὶ γίγνονται*, et verbis *τοῦ λοιποῦ*, quae (ut Weiskius ait) non ad posteritatis infinita saecula pertinent, sed ad reliquam proditoris vitam. Vulgo *οὔτ' ἂν σπείσαιτο*, quod profectum esse videtur ex glossemate praecedentis *οὔτε ἐσπεύσατο*. — Quae quum iam scripta essent, Dindorfium quoque annotantem invenimus haecce: *Οὔτ' ἐπίστευσε Victorius cum uno perbono libro. Atque hoc debebat probare Schneiderus. Nunc enim quod recepit οὔτ' ἂν σπείσαιτο et fidem habet ab libris minorem et senten-*

ταῦτα οὗτος ποιεῖ, ἀλλὰ φύσει προδότης ἐστὶν, ἀναμνή-
σω ὑμᾶς τὰ τούτῳ πεπραγμένα. οὗτος γὰρ, ἐξ ἀρχῆς μὲν
τιμώμενος ὑπὸ τοῦ δήμου κατὰ τὸν πατέρα Ἅγνωνα,
προπετέστατος ἐγένετο τὴν δημοκρατίαν μεταστῆσαι ἐς
τοὺς τετρακοσίους, καὶ ἐπρώτευεν ἐν ἐκείνοις· ἐπεὶ δ'
ᾔσθετο ἀντίπαλόν τι τῇ ὀλιγαρχίᾳ ξυνιστάμενον πρῶτος
8 αὖ ἡγεμὼν τῷ δήμῳ ἐγένετο. ὅθεν δήπου [γὰρ] καὶ κό-
θορνος ἐπικαλεῖται· [καὶ γὰρ ὁ κόθορνος ἁρμόττειν μὲν

---

tiam prorsus nullam. — Ceterum habes hoc loco Critiam δεινῶς καθαπτόμενον ἐν ἀπολογίας ἤθει.

§. 7. οὗτος γὰρ] A. I. Br. Cast. cum Codd. A. C. D. E. μὲν, altero μὲν omisso. SCHN.

κατὰ τὸν πατέρα] ad exemplum patris. Lysias p. 426. de Theramene: πείσας ὑμᾶς τὴν ἐπὶ τῶν τετρακοσίων πολιτείαν ἑλέσθαι. καὶ ὁ μὲν πατὴρ αὐτοῦ τῶν προβούλων ὢν ταῦτ' ἔπραττε. De Theramene, Nicia et Thucydide Plutarchus in Nicia cap. 2. καὶ πατρικὴν ἔχοντες εὔνοιαν καὶ φιλίαν πρὸς τὸν δῆμον. De Thermane Xenophontis locum excerpsit auctor scholii ad Aristoph. Ran. v. 546. Narrat, Hagnonis filium adoptione, non natu, fuisse, et nescio, quid sit quod addit: δοκεῖ καὶ οὗτος καὶ ταῦτα τὰ τρία ἐπιψηφίσασθαι ἐπὶ ζημίᾳ ἢ δεσμεύεσθαι ἐν τῷ ξύλῳ ἢ πιεῖν κώνειον ἢ ἐκφυγεῖν. Adoptionem Eupolidis comici testimonio firmant Scholia ad Ran. v. 1001. SCHN. Adeundus est praeterea Thucydides VIII, 68. καὶ Θηραμένης ὁ τοῦ Ἅγνωνος ἐν τοῖς ξυγκαταλύουσι τὸν δῆμον πρῶτος ἦν, ἀνὴρ οὔτε εἰπεῖν οὔτε γνῶναι ἀδύνατος. Bekkerus edidit Ἅγνωνος, spiritu aspero, licet in omnibus Thucydidis locis atque etiam Diodori XII, 46. libri constanter praebeant spiritum lenem, referente Poppone ad I, 117. qui ipse ob vocabuli originem ab ἁγνός ducendam Bekkero suffragatur. Itaque etiam hoc loco sic edidit Dindorfius.

ἐν ἐκείνοις] A. I. Br. Cast. ἐν omittunt cum Codicibus A. C. E. SCHN. ἐν habet etiam Victorius. DINDORF.

§. 8. ὅθεν δήπου] Quod sequebatur γὰρ, suadente Steph. et Moro seclusi. SCHN.

καὶ γὰρ ὁ] Verba inclusa delenda censet Morus veluti glossam, et ante eum Ruhnken. Dissert. de Antiphonte p. 816. in Orat. Graec. Reisk. Vol. VII. quamvis Scholiastes Aristophanis ad Ranas versu 47. eadem in suo libro repererit.

τοῖς ποσὶν ἀμφοτέροις δοκεῖ, ἀποβλέπει δ' ἐπ' ἀμφότερον.] δεῖ δὲ, ὦ Θηράμενες, ἄνδρα τὸν ἄξιον ζῆν οὐ προάγειν μὲν δεινὸν εἶναι τοὺς ξυνόντας ἐς πράγματα, ἢν δέ τι ἀντικόπτῃ, εὐθὺς μεταβάλλεσθαι, ἀλλ' ὥςπερ ἐν νηὶ διαπονεῖσθαι, ἕως ἐς οὖρον καταστῶσιν· εἰ δὲ μὴ, πῶς ἀφίκοιντό ποτε, ἔνθα δεῖ, εἰ, ἐπειδάν τι ἀντικόψῃ,
9 εὐθὺς ἐς τἀναντία πλέοιεν; καί εἰσι μὲν δήπου πᾶσαι μεταβολαὶ πολιτειῶν θανατηφόροι· σὺ δε διὰ τὸ εὐμετάβολος εἶναι πλείστοις μὲν μεταίτιος εἶ ἐξ ὀλιγαρχίας ὑπὸ τοῦ δήμου ἀπολωλέναι, πλείστοις δ' ἐκ δημοκρατίας ὑπὸ τῶν βελτιόνων. οὗτος δέ τοί ἐστιν, ὃς, ταχθεὶς ἀνελέσθαι ὑπὸ τῶν στρατηγῶν τοὺς καταδύντας Ἀθηναίων ἐν τῇ περὶ Λέσβον ναυμαχίᾳ, αὐτὸς οὐκ ἀνελόμενος, ὅμως τῶν στρατηγῶν κατηγορῶν ἀπέκτεινεν αὐτοὺς,
10 ἵνα αὐτὸς περισωθείη. ὅςτις γε μὴν φανερός ἐστι τοῦ

SCHN. cf. Weiskii Excurs. ad Xenophon. Vol. IV. p. XXXI sqq.

ἀμφότερον] Ita iam Fr. Portus, approbante Steph. et Leonclavio, scribendum censuit pro vulgato *ἀμφοτέρων*. Brodaeus *ἀμφοτέρου* malebat. Vel sic tamen sensu caret verbum *ἀποβλέπει*. Plutarchus Praecept. reipubl. gerendae p. 277. *δεῖ τὸν Θηραμένους κόθορνον ὑποδούμενον ἀμφοτέροις ὁμιλεῖν καὶ μηδετέροις προστίθεσθαι.* ZEUNE. Codices A. E. *ἀμφοτέρων*. B. C. E. *ἀπ' ἀμφοτέρων*. Deinceps *ἐς πράγματα τοὺς ξυνόντας* habent Codd. B. C. *ἀπ' ἀμφοτέρων* etiam Victor.

ἐς οὖρον] dum ventum secundum nacti fuerint. SCHN. En Critias *δογματίας καὶ πολυγνώμων*.

§. 9. *ὑπὸ τῶν βελτιόνων* i. e. *ab optimatibus*, sicut II, 3, 15. *τοὺς καλοὺς καὶ ἀγαθούς*. cf. Welcker. ad Theognid. p. XXI sqq. imprimis p. XXV.

ταχθεὶς ἀνελέσθαι] Recte animadvertit Weiskius verbum *ἀνελέσθαι* ob ambiguitatem meliorem locum habere post *στρατηγῶν*. Sed *παραδόξως ἀπαγγεῖλαι Κριτίου ἀγών*.

Λέσβον] Proelium ad Arginusas intelligit. SCHN. cf. I, 6, 27.

§. 10. Nemo sane hoc loco Critiam non videt *σεμνολογῆσαι ἱκανώτατον, οὐ τὴν διθυραμβώδη σεμνολογίαν, — ἀλλὰ κατὰ φύσιν ἔχουσαν.*

μὲν πλεονεκτεῖν ἀεὶ ἐπιμελόμενος, τοῦ δὲ καλοῦ καὶ τῶν φίλων μηδὲν ἐντρεπόμενος, πῶς τούτου χρή ποτε φείσασθαι; πῶς δ' οὐ φυλάξασθαι, εἰδότας αὐτοῦ τὰς μεταβολάς, ὡς μὴ καὶ ἡμᾶς ταὐτὸ δυνασθῇ ποιῆσαι; ἡμεῖς οὖν τοῦτον ὑπάγομεν καὶ ὡς ἐπιβουλεύοντα καὶ ὡς πα-
11 ραδιδόντα ἡμᾶς τε καὶ ὑμᾶς. ὡς δ' εἰκότα ποιοῦμεν, καὶ τάδ' ἐννοήσατε. καλλίστη μὲν γὰρ δήπου δοκεῖ πολιτεία εἶναι ἡ Λακεδαιμονίων· εἰ δὲ ἐκείνῃ ἐπιχειρήσειέ τις τῶν ἐφόρων ἀντὶ τοῦ τοῖς πλείοσι πείθεσθαι ψέγειν τε τὴν ἀρχὴν καὶ ἐναντιοῦσθαι τοῖς πραττομένοις, οὐκ ἂν οἴεσθε αὐτὸν καὶ ὑπ' αὐτῶν τῶν ἐφόρων καὶ ὑπὸ τῆς ἄλλης ἁπάσης πόλεως τῆς μεγίστης τιμωρίας ἀξιωθῆναι; καὶ ὑμεῖς οὖν, ἐὰν σωφρονῆτε, οὐ τούτου, ἀλλ' ὑμῶν αὐτῶν φείσεσθε. ὡς οὗτος σωθεὶς μὲν πολλοὺς ἂν μέγα φρονεῖν ποιήσειε τῶν ἐναντία γιγνωσκόντων ὑμῖν, ἀπολόμενος δὲ πάντων καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει καὶ τῶν ἔξω ὑποτέμοι ἂν τὰς ἐλπίδας.

2.

Quum deinde Theramenes ad haec ita respondisset, ut fremitus inter senatores oriretur ipsi benevolus,

---

ἐπιμελόμενος] Sic Cod. D. quem cum Dindorfio sequuti sumus. B. *ἐπιμελώμενος*. Vulg. *ἐπιμελούμενος*.

ὡς μὴ — δυνασθῇ] In locis ceteris, infra 3, 4, 15. *ὡς μὴ δέοι*. Cyropaed. I, 4, 17. *ὡς μὴ βοηθοῖεν*. 6, 3. 1. bis. Sed 2, 9, 1. *ὡς μὴ σχολάζωσι*. Formam *δυνασθῇ* pro *δυνηθῇ* in Xenophonte passim offerunt libri scripti, veluti Cyrop. I, 1, 5. *ἐδυνάσθη* habent libri 3 Paris. Anabas. 7, 6, 20. *δυνασθείη* plures libri. *ἐδυνάσθην* Hell. 7, 3, 3. sine varietate, ut *ἐδυνάσθητε* 7, 3, 7. et *ἐδυνάσθησαν* 7, 7, 25. *μέγα δυνασθῶσι* 6, 5, 40. *δυνασθεῖσιν* supra 1, 4. 16. SCHN.

§. 11. *καλλίστη μὲν*] vide ad fragm. 2. init.

εἰ δὲ ἐκείνῃ] Steph. et margo Leonclav. *ἐν ἐκείνῃ*. recte. SCHN. Dindorf. cum Codd. omittit, neque immerito.

ἀλλ' ὑμῶν] Post haec in St. L. additum *αὐτῶν*, notatur tamen ut spurium. Z. Sed tertia Leonclaviana recte ascivit, et habet B. D. SCHN. Etiam Victor.

Critias iuvenibus, quos antea conduxerant triginta viri, audacissimis, pugiones sub axilla gerentibus, ad curiae cancellos constitutis, iterum invectus est in Theramenem, ita quidem a Xenophonte (Hell. II, 3, 51.) productus, ut imaginem tibi possis conformare illius dictionis, qua veteres praedicabant Critiam *καὶ βραχυλογοῦντα ἱκανῶς καὶ δεινῶς καθαπτόμενον ἐν ἀπολογίας ἤθει.* Hinc optime cognosces hominis *ὀφρῦν* saevamque *τυραννίδα.*

Ἐγώ, ὦ βουλή, νομίζω προστάτου ἔργον εἶναι οἵου δεῖ, 42
ὃς ἄν, ὁρῶν τοὺς φίλους ἐξαπατωμένους, μὴ ἐπιτρέπῃ. καὶ ἐγὼ οὖν τοῦτο ποιήσω. καὶ γὰρ οἵδε οἱ ἐφεστηκότες οὔ φασιν ἡμῖν ἐπιτρέψειν, εἰ ἀνήσομεν ἄνδρα τὸν φανερῶς τὴν ὀλιγαρχίαν λυμαινόμενον. ἔστι δὲ ἐν τοῖς καινοῖς νόμοις τῶν μὲν ἐν τοῖς τρισχιλίοις ὄντων μηδένα ἀποθνήσκειν ἄνευ τῆς ὑμετέρας ψήφου· τῶν δ' ἔξω τοῦ καταλόγου κυρίους εἶναι τοὺς τριάκοντα θανατοῦν. ἐγὼ οὖν, ἔφη, Θηραμένην τουτονὶ ἐξαλείφω ἐκ τοῦ καταλόγου, ξυνδοκοῦν ἅπασιν ἡμῖν. καὶ τοῦτον, ἔφη, ἡμεῖς θανατοῦμεν.

---

2. *ὃς ἄν, ὁρῶν*] De structura bene admonuerat Wyttenb. et Matthiae p. 101. Deinceps *φασὶν ὑμῖν* Cod. B. habet. SCHN.

καινοῖς νόμοις] Hos suggerere solebat ex tempore et loco Nicomachus, ut Lysias in oratione contra eum scripta annotavit. Ita, cum Cleophontem, electioni triginta tyrannorum qui obstiterat, interficerent, *ταῦτα διεπράξαντο διὰ τὸν νόμον, ὃν Νικόμαχος ἀπέδειξεν.* Lysias contra Nicom. p. 849. SCHN.

ἅπασιν ἡμῖν] Ita cum B. D. scripsi, praeeunte Weiskio. Loquitur ad senatores Critias, qui Therameni favebant. SCHN. Vulg. *ὑμῖν.*

Δ. ΕΞ ΑΔΗΛΩΝ ΕΙΔΩΝ.

1.

Commentar. ad Hermog. Rhetor. Graec. ed. Aldin. Tom. II. p. 390.

„Ἐγὼ ἔχω πατέρα." τοῦτο εὐτελές· κοινὸν γάρ. εἰ δὲ λέγεις, „Ἐμοί ἐστι πατήρ," ἐκφεύξει τὴν εὐτέλειαν διὰ τῆς ἀντιπτώσεως. κατὰ δὲ ἀντιστροφὴν, οἷον „Τῷ ἀγῶνι τῶν Πυθίων." τοῦτο κοινὸν καὶ εὐτελές· ἀλλὰ Κριτίας ἀντιστρέψας εἶπε

43 Τῷ τῶν Πυθίων ἀγῶνι.

2.

Pollucis Onomast. II, 116.

44 Καὶ διοπτεύειν Κριτίας καὶ Ἀντιφῶν.

3.

Ibid. II, 122.

45 Παρὰ δὲ Κριτίᾳ καὶ λογιεὺς ὁ ῥήτωρ εἴρηται.

4.

Ibid. II, 148.

46 Ταχύχειρ, ὡς Κριτίας.

Ad fragm. 3. V. Bast. ad Gregor. Corinth. p. 893. Bekkeri Anecdot. p. 658. Lobeck. ad Phrynich. p. 255.

5.

Ibid. III, 116.

Καὶ ὡς Κριτίας ῥυπαρία. (*avaritia sordida*) 47

6.

Ibid. IV, 64.

Κριτίᾳ τὰς πρὸς κιθάραν ᾠδὰς προσῳδίας ἀρέσκει καλεῖν. 48

7.

Ibid. IV, 165.

Καὶ παρὰ Κριτίᾳ διδραχμιαῖοι. 49

8.

Ibid. VI, 38.

Κριτίας δὲ καὶ ὀψωνίας καὶ ὀψωνεῖν ἔφη· τὸ ὀψωνεῖν καὶ ὀψονομεῖν ὠνόμασε. 50

9.

Ibid. V, 153.

Οἱ μὲν γὰρ ψευδομάρτυρες εἴρηνται παρὰ Κριτίᾳ 51

---

6. Alii libri mss. Seberi: *Κριτίας δὲ τὰς πρὸς κιθ. ᾠδὰς πρ. ὠνόμασε.* Singularis est illa vocis *προσῳδία* significatio, in Lexicis nondum annotata, a Passovio tamen ex legibus etymologicis ita proposita: „Eigentlich ist *προσῳδία Zugesang* od. *Nebengesang*, da die Aussprache nach der Betonung, ihrem eignen Gesetze folgend, zu oder neben der metrischen und rhetorischen gehört wurde.“ Itaque illa significatio a Critia admissa in primo loco collocanda erat.

7. Pro *δραχμαῖοι* inter corrigendum facere cogitabam *δραχμιαῖοι.* hoc enim rectum, non illud. Sed nil temere mutare unquam colui. Et recte me fecisse patet ex MS. qui aliam lectionem habet: *καὶ διδραχμιαῖοι*, omissis *παρὰ Κριτίᾳ*, quod non probo, illud *διδραχμιαῖοι* valde. IUNG. *διδραχμιαῖοι* Nostri textus iam habet, in prius editis male *δραχμαῖοι* legebatur. DINDORF.

καὶ ὁ ψευδομάρτυς. οὐκ οἶδα δὲ, εἴ που καὶ τὸ ψευδομαρτυρεῖν ὁ αὐτὸς λέγει.

10.

Ibid. VI, 194.

52 Ἢ, ὡς Ξενοφῶν, διασκίδνασθαι, ἢ διαπεφορῆσθαι, ὡς Κριτίας.

11.

Ibid. VI, 195.

Κριτίας δέ πού φησιν,

53 'Ἐπὶ τόδε ἐπὶ τὸ χρηστοὺς εἶναι,'

καὶ τὰ ὅμοια.

12.

Ibid. VII, 78.

54 Οἱ δὲ τὰς ἐσθῆτας πιπράσκοντες ἱματιοπῶλαι, Κριτίου τῷ ὀνόματι χρησαμένου.

13.

Ibid. VII, 91.

55 Ἃ δὲ πόδεια Κριτίας καλεῖ, εἴτε πίλους αὐτὰ οἰητέον εἴτε περιειλήματα ποδῶν, ταῦτα πέλυντρα καλεῖ ἐν Φοινίσσαις Αἰσχύλος,

πέλυντρ' ἔχουσιν εὐθέτοις ἐν ἀρβύλαις.

---

11. C. A. *Κριτίας δέ φησιν, ἐπὶ τόγε, ἐπὶ τοὺς χρηστοὺς εἶναι,* marginis autem est *καὶ τὰ ὅμοια. ἐπὶ τὸ χρηστοὺς εἶναι.* *Interpres* legit *χρήστους*, cum vertit, *in debito teneri.* Malim legere *ἐπὶ τῷγε, ἐπὶ τῷ χ. εἶναι*, *ea conditione, ut boni sint.* KUHN.

13. Eiusdem rei mentio fit apud Polluc. II, 196. *καὶ ποδεῖα δὲ τοὺς περὶ τοῖς ποσὶ πίλους Κριτίας, ἃ Αἰσχύλος πέλυντρα καλεῖ.*

14.

Ibid. VII, 108.

Τοῖς δὲ χρυσουργοῖς καὶ δακτυλιογλύφοις τὸ ὄνομα παρὰ Κριτίᾳ καὶ Πλάτωνι. 56

15.

Ibid. VII, 154.

Χορδοπώλης, ὡς Κριτίας λέγει. 57

16.

Ibid. VII, 177.

Μυρεψὸς, Κριτίας γὰρ οὕτως ὠνόμασε. 58

17.

Ibid. VII, 179.

Κεκρυφαλοπλόκος, ὡς Κριτίας ἔφη, κεκρύφαλος, 59 *κεκρυφάλιον.*

18.

Ibid. VII, 196.

Τὰ δὲ ἐφεξῆς Τὰ μὲν πλεῖστα Κριτίας λέγει. 60

19.

Ibid. VII, 197.

Ὀρνιθοκαπήλους Κριτίας καλεῖ. 61

---

17. *Κεκρύφαλος, reticulum,* quod pro capitis ornatu admittebatur, extat iam ap. Homer. Il. χ, 469. *ἄμπυκα κεκρύφαλόν τ' ἠδὲ πλεκτὴν ἀναδέσμην.* Antipater Sidon. XXI, 3 sq. in Anth. Gr. Vol. II. p. 11.

τὸν δὲ φιλοπλέκτοιο κόμας σφιγκτῆρα Φιλαινίς,
βαπτὸν ἁλὸς πολιῆς ἄνθεσι κεκρύφαλον.

Id. XXVII, 4. p. 13. *ἁβρῷ τε στρεπτῶν ἅμματι κεκρυφάλων.* cf. Iacobs. ad Anth. Gr. Vol. II. p. 29. Boettigeri Sabina p. 124.

20.

Ibid. VIII, 25.

62 *Κριτίας δὲ ἀποδικάσαι ἔφη τὴν δίκην τὸ ἀπολῦσαι, ἢ νικῶσαν ἀποφῆναι, ὡς ἂν ἡμεῖς ἀποψηφίσαι. ὁ δ' αὐτὸς καὶ διαδικάζειν τὸ δι' ὅλου τοῦ ἔτους δικάζειν.*

21.

Ibid. IX, 17.

63 *Καὶ παρὰ Κριτίᾳ ὁ ἀστύτριψ.*

22.

Ibid. IX, 161.

64 *Καὶ ἡ παρὰ Κριτίᾳ εὐξυνεσία.*

---

21. Cod. A. *ἀστύλιψ*, Cod. V. *ἀστύτριψ*, quod vocabulum extat etiam ap. Philostrat. Imagg. II, 26 extr. Hesych. *ἐν ἄστει διατρίβων, ὁ ἐν πόλει ἀναστρέφων.* Similiter *παιδότριψ* ap. Lucian. Vol. I. p. 85. ed. Hemsterhus. Aristoph. Thesmoph. 426. *ᾧ'κότριψ Εὐριπίδης.*

EPIMETRUM AD CRITIAE FRAGM. I, 12 sqq.

Vasa fictilia inter Graecos perantiqua fuisse gravissimus testis est Homerus Iliad. σ', 599 sqq., ubi saltantium motus comparantur cum circuitu *rotae figlinae:*

οἱ δ' ὁτὲ μὲν θρέξασκον ἐπισταμένοισι πόδεσσιν
ῥεῖα μάλ', ὡς ὅτε τις τροχὸν ἄρμενον ἐν παλάμῃσιν
ἑζόμενος κεραμεὺς πειρήσεται, αἴ κε θέῃσιν.

Quamvis Heynio, philologo ingeniosissimo, ex Ephori et Posidippi fide, ut qui rotam figlinam ab Anacharside inventam esse tradant (ap. Strabon. VII, 5, 9. p. 503. Senecae Ep. XC.), hi ipsi versus Homerici non prius quam circa Solonis aetatem inserti esse videantur (cf. Excurs. *de Clipeo Achillis*, Tom. VII. p. 581 sqq.): hinc tamen minime concludere licet artem ipsam vasorum fictilium faciendorum ante Solonis tempora nondum viguisse apud Graecos. Immo rem omnium ferme Graecorum communem fuisse oportet, propterea quod poeta rotae figlinae cum saltatione comparationem admittere non dubitavit. Unde consequitur non satis recte iudicasse Heynium, quippe qui Ephori narrationem putaverit revocare nos in historia operum figulinorum, fortasse etiam vasorum pictorum, ad multo seriora, quam vulgo crederetur, tempora. Namque inter omnes bene constat, quam leves fuerint veteres Graeci in perscrutandis antiquissimis rerum

monumentis *): nimirum ad insignem quidquid auctorem referre solebant, minus solliciti, si quid rationes historicae postularent. Hinc igitur accidit, ut alii alios singularum artium constituerent inventores, atque artis quidem figlinae Athenienses *Coroebum* (v. Plin. H. N. VII, 57. p. 414, 12. ed. Harduin.), alii, ut modo vidimus, Anacharsidem, alii fortasse alios. Iam vero apud Athenienses potissimum excultam fuisse artem figlinam scriptores gravissimi testantur, ita ut facile statuere liceat Athenienses una cum artis principatu inventionem quoque sibi vindicasse, licet eam tempori atque genti sive homini incerto assignandam.

Vasa figlina, quum in sepulcris Graecis barbarorum vastationes fere superarent, satis antiqua ad nostram usque aetatem delata sunt: quorum quae sunt vetustissima, ea imagines exhibent nigras easque expressas in fundo rutilo sive luteo; contra serioris aetatis sunt, quae imagines habent rutilas atque fundum nigrum. Apud Graecos ipsos vasorum figlinorum κατ' ἐξοχὴν nomen fuisse λήκυθος **) Walpolius docuit in opere, quod inscriptum est *Memoirs relating to European and Asiatic Turkey* pag. 322 sq. Usus eorum varius fuisse videtur: ita Critias laudat κέραμον οἰκονόμον, alia fuerunt ἀναθήματα in templis consecrata ac reservata, quorum Herodotus mentionem facit V, 88. Ἀττικὸν δὲ μήτε τι ἄλλο προςφέρειν πρὸς τὸ ἱρὸν μήτε κέραμον κ. τ. λ. Pleraque autem eorum, quae adhuc exstant, in sepulcris reperta, a possessoribus iam vivis fortasse ex certamine in ludis publicis deportata, mortuis tanquam sacra addita esse videntur. Id quidem certissimum in ludis Atticis victori curuli praemium datum esse vas

---

*) V. Wolfii Praef. ad Iliad. pag. XII sqq.

**) In Homeri Odyss. ζ, 79. memoratur χρυσέη λήκυθος ut ἀγγεῖον ἐλαιοδόχον.

oleo repletum, auctore Pindaro Nem. X, 35 sq. (65 sqq.)

γαίᾳ δὲ καυθείσᾳ πυρὶ καρπὸς ἐλαίας
ἔμολεν Ἥρας τὸν εὐάνορα λαὸν ἐν ἀγγέων ἕρκεσιν
παμποικίλοις.

Quem in locum Scholiasta animadvertit haecce: τοῖς γὰρ ἀθληταῖς τοῖς τὰ Παναθήναια νενικηκόσι δίδοται ὑδρία ἐλαίου πλήρης. cf. Dissenius ad h. l. in Boeckhii editione Tom. II. P. 2. pag. 468 sq. ubi tamen non possumus suffragari Welckero, viro sagacissimo, in explicando Critiae versu extremo:

ἣ τὸ καλὸν Μαραθῶνι καταστήσασα τρόπαιον.

quippe qui *Minervam* supplendam esse censuerit, pro qua facilius substituenda videtur vox πόλις i. e. Ἀθῆναι. Iam vero memoratu dignissimum est, quod bina vasa, quae ad illos ludos spectare videntur, ad nostram aetatem pervenerunt. Unum idque iam satis notum inter viros eruditos repertum est in sepulcro Atheniensi ante portas Hippades atque descriptum a Dodwellio in Itinerario Tom. I. p. 457. a Clarkio in Itin. Tom. VII. p. 11. (ed. octon.) Millingenio in Monumentis inedit. p. 2. Unde Boeckhius in Corpore Inscriptionum Graec. Vol. I. p. 50. breviter descripsit hunc in modum: *Vasculum ipsum fictile unius pedis et dimidii altitudinem habet; in altera parte cernitur Minerva stilo antiquo delineata, clypeum habens, in quo delphinus: quo designatur* Ἱππία: *in altera est biga et auriga bigae insidens: inscriptio ex superiore parte descendit deorsum.* Imagines maximam partem pictae sunt colore nigro, at delphinus in clypeo, deae facies, brachia atque pedes colore albo, passim intermistis ductibus purpureis. Figuris appicta est inscriptio, eaque expressa litteris a dextra sinistram versus vergentibus:

ΙΜΞ ΝΟΛΘΑ ΝΘƎΝƎΘΑ ΝΟΤ.

Quas quidem litteras Welckerus et Boeckhius l. l. c. c. ita ceperunt: Τῶν Ἀθηνέων ἆθλον εἰμί. cf. Rosii Inscriptio-

nes Graecae vetustissimae (Cantabrigiae 1825. 8.) pag. 14. C. O. Müllerus in Diariis Gottingensibus a. 1826. m. Octobr. p. 1642. (cf. Boettigeri Amalthea III. pag. 376.) ita legit illos litterarum ductus: *ΤΟΝ ΑΘΕΝΕΘΝ ΑΘΛΟΝ ΕΜΙ*, i. e. Τῶν Ἀθήνηθεν ἆθλον vel potius ἄθλων εἰμί (*ich bin einer der Kampfpreise von Athen*), ita ut in *ΑΘΕΝΕΘΝ* inter *Θ* et *Ν* supponatur apocope litterae *Ε*. — Eiusdem originis, licet serioris aetatis, alterum vas esse videtur, illi simillimum, quod primum descriptum repperimus in Rosii Addendis ad Inscr. Gr. p. 14. Id quidem tradit hodie extare apud Baronem Kollerum, in Calabria repertum; ibi Minervam more antiquissimo effingi, cassidem cum crista permagna et clypeum gerere et hastam minaciter vibrare; imaginem inter duas columnas collocari, quibus in summis effingantur galli: in quarum unius latere hae litterae leguntur:

ΤΟΝ ΑΘΕΝΕΘΕΝ ΑΘΛΟΝ.

Rosius explicandi causa ita pergit: *Nescio, quid de hoc vase statuendum sit. Forsan is, in cuius sepulcro inventum est, Athenas aliquando concesserat, et ibi ludis vicerat, nisi coloniam quandam Atheniensem in Magna Graecia cogitare malumus, atque in eius ludis praemia a metropoli arcessita proposita esse statuamus, quod haud a vero alienum videtur, cum et summos pontifices et ignem sacrum a metropoli in colonias deduci solere sciamus. Nec in Magna Graecia defuere coloniae Atticae, e. g. Scylletium et Sybaris.* Atque ludi illi una cum praemiis Atticis in diversas regiones translati esse videntur, si quidem vera sunt, quae Boeckhius narrat, Constantinopoli olim fuisse vas fictile cum inscriptione: Ἀγασίας ἄρχων τῶν Ἀθήνηθεν ἄθλων: unde coniiciendum arbitratur Byzantii aliquo tempore, quum id Athenienses obtinerent, Atticos ludos celebratos esse et fictile vas praemium datum.

Praeter haec vasa νικητήρια etiam alia nescio quem

ad finem in sepulcris defunctorum reponere solebant veteres Graeci, ut potissimum apparet ex Aristophan. Eccles. 996.

ὃς [γραφεὺς] τοῖς νεκροῖσι ζωγραφεῖ τὰς ληκύθους.

Huiusmodi urnulis mysticum praecipue sensum supponere studuit Iacobus Christius in libro, cui titulus: *Disquisitions upon the painted Greek Vases and their probable connection with the shows of the Eleusinian and other mysteries, by I. Christie.* Londini 1825. Alia denique vasa aliud quidquam spectarunt. Vide Winckelmanni Operum T. III. p. 245 sqq. cf. p. 27. 284. Iacobi Millingeni *Peinture des vases de diverses collections.* Eiusdem *Peintures antiques de vases Grecs de la collection de Sir Iohn Coghill.* Eiusdem *Ancient unedited monuments principally of Greecian.* Etiam sub titulo: *Painted Greek Vases from collections in various countries principally in Great Britain.* Dubois Maisonneuve *des vases antiques.* Quibuscum libris conferantur ea, quae Boeckhius in Corpore Inscr. Gr. docuit de inscriptionibus, quae singulis urnulis appictae sunt; deinde H. I. Rosius in Inscriptionibus Graecis vetustissimis; denique Walpolius, Dodwellius atque Clarkius in Itinerariis.

EPIMETRUM AD MIMNERMUM.

Quum ante hos tres menses ex itinere Dresdensi reversus Vratislaviae paucos dies commorarer, casu nescio quo oculis meis obiectae sunt plagulae quaedam Silesiacae (*Schlesische Provinzialblätter*), in quibus Gustavus Pinzgerus Mimnermi atque Critiae Carminum elegiacorum a me editorum censuram agere susceperat. Quae quidem censura quum maximam partem nimis leviter instituta esset, unicum tantummodo, quod pro necessaria festinatione (hanc enim mihi imposuerat Programmatis conscribendi provincia) repente me fugerat, idque iam ante Pinzgeri animadversionem a Francisco Passovio mihi insinuatum, in hac nova Critiae Reliquiarum editione in usum meum erat admittendum; qua de re censor humanitatis procul dubio studiosior in dies sibi persuadebit adhibito iudicio. Itaque quae in Mimnermi tractationem animadvertit Pinzgerus, accuratius consideranda supersunt. Atque primum de Latinitate verba facere exorsus, statim in opusculi titulo reprehensione dignum iudicavit, quod ego scripsissem *in salutem Graecorum*. Equidem nescio, an nunquam Cicero libellum quendam ediderit *in salutem*

Graecorum pro patria pugnantium; hoc tamen pro comperto habeo eundem Ciceronem *salutem* opposuisse *perniciei* in libro de Oratore II, 9, 35. Sequitur, ut, si quis instituerit aliquid *in salutem* alicuius, id fieri noluerit in eiusdem *perniciem.* Sed fortasse purum Latinitatis nostrae castigatorem, vel Cicerone superiorem, offendit dicendi formula *edere aliquid in salutem alicuius.* Reputet igitur secum Ciceronis de Re publica locum I, 4. *tantumque nobis in nostrum privatum usum — remitteret:* idemque, nisi haec suffecerint, inspiciat, quaeso, Zumptii librum grammaticum §. 314., quocum conferatur Aegidius Forcellinus, ob subtilem Latinitatis doctrinam immortalitate dignissimus, in Lexico voce IN, ubi *notat causam finalem.* Pergit Pinzgerus condemnanda loquutione *rationem persequi,* quam ne recte quidem intellexisse videtur, quum eam sermone patrio expresserit *der Ansicht folgen, ihr beitreten.* Equidem verbo *persequi* h. l. nullam attribui significationem, nisi quae est in loquutione *vestigia, viam persequi.* Iam vero nemo est, qui ignoret voces synonymas *via* atque *ratio;* et sicut vere dicitur *viam persequi* (v. Ciceron. Ep. ad Fam. IV, 13 extr.), ita formulam quoque *rationem persequi* (*die Erklärungsweise weiter verfolgen* hoc loco) admittere fas est. Atque aliud omnino est *rationem sequi,* quod respondet Pinzgeri interpretationi intempestivae, aliud *rationem* sive *viam persequi.* — Ad pag. 10. animadversum est in sententiam hancce: „Grammatici de carminis elegiaci inventore *rixantes.*" Distinctis litteris scriptum est verbum *rixantes,* unde colligitur id verbum pro barbaro habuisse censorem antibarbarum, ut qui omnino sibi constans haud dubie Ciceronem quoque habebit in scriptoribus barbaris vel potius antipinzgerianis, de Oratore II, 59, 240. ita disserentem: „Cum esset cum eo Tarracinae de amicula *rixatus.*" Ibid. *ascripsisse.* Ante omnes inspiciendus est Schneiderus in Gramm.

Lat. I, 2. p. 529. *Ascribere*, non *adscribere* receperunt etiam Muretus (Ep. I, 9. et passim), Forcellinus in Lexico, Spaldingius (ad Quintilian. Vol. IV. p. 44. Not. crit.), Passovius (in Taciti Germania c. 46 init.) aliique permulti. Ac tanti auctores quidquid moliantur, adorare potius, quam deridere oportet Pinzgeros. — Quum non intellexisset Pinzgerus, quid sibi vellent haec verba pag. 10. Not.: *Franckius* — *quasi κριτικώτατος* (non κριτικώταρος, quod monstrose scripsit Pinzgerus), sc. *esset*, vitium mihi iniunxit, quod iam in ipsum redundabit: veram igitur sententiam cui cognoscere placuerit, leget Matthiae dissertationem de Tyrtaei Carminibus, rep. in Gaisfordii Poetis min. Vol. III. p. 228 sqq. ed. Lips. Censor autem supposuit me dicere voluisse, quod est Germanice: *als der grösste Kritiker.* Licet magnopere laudandum sit Franckii acumen, κριτικώτατος tamen hodie nondum vocari potest, Bentleio intercedente aut Wolfio. Ad pag. 19. in vitiosis collocata est loquutio *per angustias.* Utinam censor cognitum habuisset Ciceronis locum Tusc. I, 20, 45. *eas angustias, per quas penetravit!* Ad pag. 30. falsam esse putat structuram coniunctionis *quum* in hac sententia: *Quum tamen Codd. lectio nullo morbo laboraret, nemo medicum desiderabat.* Tale quippiam nunquam hariolatus erat Pinzgerus, si accuratius perspectam habuisset rationem temporum. Eminentissimum vero temeritatis specimen censor dedit ad pag. 33. animadvertens in loquutionem, quam a me ipso emendatam exhibet index erratorum, extremo libello adiectus, qui profecto inspiciendus est censori religioso. Ad pag. 34. *octastichum.* Sicut apud optimos scriptores reperitur *distichum*, et Quintilianus (VI, 3, 96.) usus est vocabulo *tetrastichum;* ita iure etiam meritoque admittere licet *hexastichum, octastichum*, terminos technicos, et sicut *hemistichium*, ita etiam *sesquistichium* sive *sesquistichum* non est vituperandum. Ibid.

pro *peraeque ac* scribendum erat *perinde ac*. Ad pag. 37. dum demonstrare sibi videtur Pinzgerus a me male adhibitam esse formulam *dubito an non*, ipse profitetur, quam inepte interpretari didicerit aliorum sententias. Equidem nihil aliud dicere volui, nisi in Solonis disticho, quod in Mimnermi cogitandi rationem accommodare studui, sententiam quidem inesse Mimnermi, minime ipsissima (v. Plaut. Trin. 4, 2, 146.) verba; quod tamen dubitanter expressi his verbis: *Haec sententia Mimnermi, dubito an non ipsissima verba.* Quam inepta igitur mihi supposuerit Pinzgeri absurda interpretatio, quippe qui opinatus sit me contrariam protulisse sententiam, ipse discat ex Zumptii Gramm. §. 541. cf. Gernhardi Excurs. II. ad Cic. de Amicitia. M. Weberi Symbol. ad Gramm. Lat. Halis 1826. 4. Ibid. pro *laudatur* melius recipiendum erat *servatur*, licet illud minime vitiosum. Quid porro harioletur Pinzgerus, ad pag. 58. perstringens verba *cur non*, nemo sanus intelligit. Nimirum interrogatio a me instituta est talis: *Sed cur non utrumque distichum Mimnermi esse potest —?* Nihil opponendum est, nisi exemplum Planci in Cic. Ep. ad Fam. X, 23. „Pro urbis vero salute *cur non* omnibus facultatibus, quas habemus, utamur?" cf. Cic. ib. II, 17. — Pag. 45. *genera scribendi* dicta sunt pro vulg. *lectiones*, quod vocabulum ipsum, licet hac significatione minime Latinum, valet tamen usu recentiorum. Similiter Wolfius atque Heinrichius, Latinitatis recentioris castigatores acutissimi et elegantissimi, in Analectis I. p. 485. non dubitarunt admittere loquutionem *genera errorum.* Quid improbandum videatur denique pag. 50. in hoc loco: „sententia nullis omnino *constituta* est fundamentis," nemo unquam perspiciet, nisi forte Pinzgerus suae doctrinae facem praetulerit: Ciceronem quidem haud puduit admittere loquutionem *constituere aliquid fundamentis* de Senectute 18, 62.

Iam progrediamur ad rem ipsam. Statim in vestibulo infaustum omen excepit censorem, quippe qui me invectum esse somniaverit in Manes *Ioannis Alberti Fabricii*, viri eximii, propterea quod illustrato Hermesianactis loco pag. 11. adiecerim haec verba: *qui — est illius distichi sensus, nemini lippo in posterum detorquendus.* Quid autem, quaeso, commune est beati Fabricii atque temporis futuri? Sed condonandum est id levitatis crimen: gravius est, quod confudit Fabricium cum Harlesio, qui in retractanda illius Bibliotheca Graeca T. I. p. 733. ex suis doctrinae fontibus addidit interpretationem loci Hermesianactei, quem Fabricius tantum abest ut exposuerit, ut ne laudaverit quidem in extrema, quam ipse paravit, editione (a. 1718.) Vol. I. p. 449. Not. e. Unusquisque subito intelliget censorem ante oculos habuisse Gaisfordii Poetas minores, ubi Vol. III. p. 219. ed. Lips. ex Fabricii Bibl. Gr. Mimnermi Fragmentis praemissa est Notitia de Mimnermo: sed quod editor caute ac prudenter adiunxit *ed. Harles.*, id non curavit Pinzgeri acumen. — Quod deinde profert, quas ego in fragmentorum numero XI. XVI. XVII. collocaverim particulas, eas omnino non esse fragmenta (*als besondere Fragmente aufgestellt, was sie jedoch nicht im geringsten sind*), id sane nescio, utrum nimio oculorum an mentis acumini tribuendum. Quidquid ad nostram aetatem propagatum est ingenii Mimnermiani, pertinet ad eiusdem poetae reliquias: iam vero particulae illae exhibent sententias ex Mimnermi carminibus decerptas: igitur pertinent illae particulae ad Mimnermi reliquias. Quod nisi hodie concesserit Pinzgerus, postea eum docebit Aristoteles, cuius opera editurus est. Ac si unquam diligentius inspexisset Boeckhii operam, quam Pindari fragmentis impendit, omnium, qui scriptorum veterum reliquias collecturi sunt, imitatione longe dignissimam; eas quoque particulas, quae, licet primitus

metro inclusae, tamen in pedestrem orationem conversae ad nostram usque aetatem delatae sunt, receptas esse reprehendet a viro et ingeniosissimo et sagacissimo. Ad fragm. I. annotavit Pinzgerus: *Zuvörderst hat Rec. darauf gehalten, eine solche Interpunction im Obigen* (transcripsit enim Pinzgerus illud fragmentum) *herzustellen, dass jedes Distichon so viel als möglich einen abgeschlossenen Gedanken enthält. Diess kann als Regel und Grundsatz bei den Elegikern, sowohl der Griechen als auch der Römer gelten, und nur selten erlaubten sie sich Ausnahmen davon.* Quae quam temere iactata sint quantumque adversentur liberiori Graecorum ingenio (cui vincula iniicere futilia Pinzgero quidem placeat, philologo indignum est) certissima rerum monumenta produnt: nisi res ipsa, censorem docebit Ilgenius in Opusculis phil. p. 259 sqq. Nimirum obiter legere et festinanter scribere non est accurate versari in aliqua re. — Pinzgerus extremo versu 2. punctum ponendum esse censet, extremo 3. comma. Mihi quoque aliquando in mentem venisse illam interpungendi rationem aperte fateor: sed altera, quam Brunckius, Passovius, Weberus in interpretatione Poetarum elegiacorum aliique sequuti sunt, longe praeferendam esse suadet pronomen ταῦτα, quod spectat ad versum sequentem. V. 2. in *Hermanni* interpretationem animadvertit Pinzgerus: *Damit ist hier gar nichts gesagt.* Talis arrogantia dedecet Pinzgeros, qui caveant sibi, ne Censores Lipsienses (*Hermannus* ipse) et Halenses acriori etiam quam nuper flagello perstringant insolentiam ac temeritatem. Defendere quidem licet Plutarchi lectionem, sed longe praestare eam, quam exhibent Codices Stobaei, Pinzgerus ipse concedet, dummodo Hermanni interpretationem placido animo consideraverit. — Quae diximus ad v. 4. de significatione vocis ἁρπαλέος (eiusdem radicis, cuius ἁρπάζω, non ἁρπάτω, monstrum, quod non *semel,* sed *bis* suppeditat

Pinzgerus), ea quidem omnino consentiunt cum interpretatione, quam exhibent Schneiderus et Passovius in Lexicis; sed magis quadrat in nostrum locum significatio primaria *rapidus:* nam sicut *torrentes* epitheto gaudent *rapidorum,* ita etiam ἄνθεα τῆς ἥβης instar fluviorum rapacium effugiunt, γίγνεται ἁρπαλέα. Eadem significatio est fragm. IX, 8. (*windschnell* interpretatur Weberus). Pinzgerus opinatur apud Theognidem 1353. aliisque locis a Schneidero laudatis ἁρπαλέος significare *appetendus:* immo *ad se rapiens, appetens* (*holdanziehend* Weber.); illud adversatur rationibus etymologicis. — Quod attinet ad coniecturam Pinzgeri v. 6. ὅμως proponentis pro vulg. ὁμῶς, ea quidem auctorem habet Doederleinium ad Sophoclis Oedip. Col. 662. neque tamen ab Hermanno desideratur ad Viger. p. 929., neque ego illius rationem habendam esse contenderim. Atque ὁμῶς significare *peraeque* (*gleichmässig, gleicherweise*) exemplis Homericis in Lexico κριτικωτάτῳ docet Passovius v. ὁμῶς. Quocum conferatur Apollonii Lex. Hom. εἰ μὲν ὁ μ ῶ ς περισπωμένως, ἔστιν ὁμοίως, τὸ δὲ βαρυτόνως, ἔμπης, ὅ μ ω ς. Quinetiam ipsum etymon docet intelligentes. Ceterum ipse hunc locum hodie prorsus aliter interpretandum esse censeo, ita quidem, ut τιθέναι, quod saepius, singnificet idem atque νομίζειν, ἡγεῖσθαι. cf. Schaefer. ad Dionys. Hal. de Comp. p. 287. Quamobrem verba: ὅ τ' αἰσχρὸν ὁμῶς καὶ καλὸν ἄνδρα τιθεῖ· Latine exprimenda sunt hac ratione: *quae* (senectus) *deformem atque formosum virum pari modo* (ὁμῶς = ὁμοίως) *aestimat:* idem fere, quod Schneiderus in Lexico: *eodem loco ponit,* h. e. *senectus non magis parcit formoso quam deformi viro.* Haec hactenus. Corrigendi restant errores quidam typographici, qui antea fugerant aciem oculorum. Pag. 6. versu 19. lege *redierit.* p. 29. v. extr. *cf. IX,* 5. *II,* 9. p. 34. v. 3. *maximam partem.* p. 42. in medio versu 1. dele comma. p. 44. Fragm. XII. v. 5. lege ἐς pro ἐν.

Reliquum est, ut cum lectoribus communicemus ingeniosam *Hermanni* interpretationem ad Mimnermum respicientem, de qua primus mihi iniecit *Gu. Süvernius*, illustrissimus et doctissimus vir. Ille nimirum in programmate *de Aeschyli Heliadibus* p. 11 sq. tractavit fragmentum, quo describitur Solis navigatio nocturna, ex ipsius emendatione ita legendum:

ἔνθ'
ἐπὶ δυσμαῖσι τεοῦ
πατρὸς Ἡφαιστοτυκὲς
δέπας, ἐν τῷ διαβάλλει
πολὺν οἰδματόεντ' ἀμφίδρομον
πόρον, εἰς μελανίππου.
προφυγὼν ἱερᾶς νυκτὸς ἀμολγόν.

Quae quidem navigatio quum laudata sit etiam apud Mimn. Fragm. IX., temperare mihi non possum, quin ipsius Hermanni in hunc locum animadversionem verbo tenus repetam, praesertim quum illius dissertatio non sit publici iuris: *Caeterum quod ad illud poculum Solis attinet, neminem latere potest, rutilantem caeli auroram, in quam occidens sol immergitur, a poetis cum aureo poculo esse comparatam, quo ille exceptus noctu per Oceanum ad ea loca deferretur, unde rursus esset oriturus. Itaque mireris viros doctos, I. H. Vossium in Epistolis mythologicis Vol. II. p. 156. et C. O. Müllerum in Doriensibus Vol. I. p. 425. de illo Solis itinere tamquam si in tabula describi possit disceptantes. Ipsos si interrogare liceret Stesichorum, Aeschylum, Mimnermum, nescire se faterentur, mirarique quod nos sciremus.* Iam vide, utrum tibi placeat, lector benevole, considerans omnem rem adhibito iudicio!

Scr. OPPOLII AD VIADRUM

m. Ianuar. a. CIƆIƆCCCXXVII

Commodum extremas huius libelli paginas perlustraturo in manus mihi venit censura Mimnermi Reliquiarum, quae extat in Diario scholastico (*Pädagogisch - philosophisches Litteraturblatt zur allg. Schulzeitung*) a. 1827 m. Februar. p. 94 sqq. Pauca sunt, quae respondeam Censori humanissimo, utpote qui novum etiam, quod me fugerat, fragmentum adiunxerit.

Iam primum ad pag. 21 sqq. editionis nostrae observatum est, carmen elegiacum, quod a Mimnermo in pugnam Smyrnaeorum adversus Gygen Lydosque conditum esse tradit Pausanias, referendum non esse ad corpus elegiacum, cui titulus NANNONIS, propterea quod Porphyrio ad Horat. II, 2, 101. annotaverit: *Mimnermus vero duos libros luculentos scripsit* *). „Wenn auf diese Notiz (haec sunt verba Censoris), da ihr alle sonstige Begründung abgeht, sonst nicht viel zu geben seyn würde, so wird sie bei dem nunmehrigen Zusammentreffen mit Pausanias von Bedeutung, und ist nicht als aus der Luft gegriffen anzusehen." Attamen ante omnia demonstrandum erat, quid sibi vellet *libri* denominatio ad simplex quoddam carmen elegiacum designandum. Mihi potius, si quid tribuendum est Porphyrionis notitiae, inde proficisci videtur, Mimnermi elegos sive ab ipso sive a Grammaticis in duos libros distributos fuisse: quam quidem rationem posteriores poetae elegiaci iidemque erotici, qui ceteroquin Mimnermi exemplar sibi proposuerunt, sequuti sunt, Antimachus (in *Lyda*), Philetas (ut videtur, in *Bittide*), Hermesianax (cuius *Leontium* ex tribus li-

*) Equidem hanc glossam, quae mihi semper levioris momenti videbatur, in schedis meis annotaveram, sed nescio quo casu acciderit, ut in commentatione ipsa eius rationem habere oblitus sim.

bris constitit), fortasse etiam Phanocles, deinde poetae elegiaci Latini, Tibullus, Propertius, Ovidius, Graecorum aemulatores. Transeamus ad alterum argumentum: „Wenn aber nun auch an einem Gedichte *Ναννώ* nicht gezweifelt werden kann, so ist doch das, was Pausanias IX, 29. aus einem Gedichte des Mimnermos anführt, so beschaffen, dass es schwerlich seine Stelle in einem Gedichte erotisches Inhaltes finden konnte." Sed quid insit argumenti erotici in fragmento XII., quod ex *Nannone* laudavit Strabo XIV. p. 634., iam minus perspicimus. Nihil autem impedit, quominus poeta eroticus narrationes quasdam intexat historicas sive mythicas. Antimachus quidem in carmine elegiaco, quod inscriptum erat *ΛΥΔΗ*, non dubitavit admittere *συμφορὰς ἡρωϊκάς*, imprimis fabulam Argonauticam auctore Schol. Apollon. Rhod. I, 1289. — Eiusdem, quam nos super hac re proposuimus, sententiae doctissimum aliquando extitisse defensorem Conradum Schneiderum nuperrime cognovimus, Daubii et Creuzeri Studia primum pervolutantes, in quorum Volumine quarto legitur illius commentatio de Graecorum carmine elegiaco, pag. 6 sq. ita disputantis: „Es ist aber nicht genug, dass wir historisch die Form der Elegie sämmtlichen ionisch - lyrischen Dichtungen zur Hülle dienen sehen, sondern aus der innern Beschaffenheit dieser Rhythmen muss noch entwickelt werden, theils inwiefern ihnen ein lyrischer Charakter einwohne, theils inwiefern sie den Ionern eine ganz allgemeine Form der subiectiven Poesie werden konnten. Denn was den ersten Punkt betrifft, so möchte man vielleicht wähnen ein Metrum, in dessen Distichen der eine Vers derselbe sey mit dem heroischen, der zweite sehr nahe verwandt mit jenem, müsse weit eher für das Epos, als für die Lyrik passen, und eine Nachricht beim Pausanias, dass Mimnermos den Krieg der Smyrnäer wider den Fürsten Gyges im

Versmaasse der Elegie beschrieben habe, könnte vielleicht einer solchen Vermuthung Bestätigung zu verleihen scheinen; aber aus vielen Gründen ist diese Nachricht nur zu deuten auf ein episches Einschiebsel von jenem Inhalte, mit welchem der Dichter episodisch diesen oder jenen elegischen Gesang, man weiss nicht zu welchem Behuf, gewürzt hatte. Wie ja zuweilen auch Stesichoros nach Quintilians *) Bemerkung die Last des Epos mit der Lyra trug, wie ferner Julian **) meldet, dass zuweilen Archilochos alte Sagen gleichsam zur Versüssung eingewebt habe, wie wir in einem noch vorhandnen Gedicht des Pindaros den Argonautenzug weitläuftig erzählt finden, und wie Simonides ***) die Schlacht von Salamis in einem melischen Gedichte dargestellt hatte, d. h. nie selbstständig, sondern immer als ein Förderungsmittel für die Lyrik.“

Atque fragmentum, quod attulit Censor eruditus, reperitur in Aristophanis Grammatici Argumento ad Sophoclis Antig. p. 5 sq. ed. Hermann. p. XVII. ed. Erfurdt.

Στασιάζεται δὲ τὰ περὶ τὴν ἡρωΐδα ἱστορούμενα, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς Ἰσμήνην, ἃς ὁ μὲν Ἴων ἐν τοῖς διθυράμβοις καταπροισθῆναί φησιν ἀμφοτέρας ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἥρας ὑπὸ Λαοδάμαντος τοῦ Ἐτεοκλέους· ΜΙΜΝΕΡΜΟΣ δέ φησι τὴν μὲν Ἰσμήνην προσομιλοῦσαν Θεοκλυμένῳ ὑπὸ Τυδέως κατὰ Ἀθηνᾶς ἐγκέλευσιν τελευτῆσαι. —

Cetera omittamus, ne longius pervagemus ad calcem decursuri. Scr. Vratislaviae m. Maio 1827.

---

*) Inst. Or. X, 1, 62.

**) Orat. 7.

***) Schol. Aristoph. Vesp. 1402. Schol. Apollon. 1, 211. Suid. 5. 1.

INDEX VOCABULORUM.

A.

B.

Γ.

Δ.

M.

N.

O.

Π.

Ρ.

Σ.

INDEX RERUM.

INDEX LOCORUM,

EX QUIBUS FRAGMENTA COLLECTA SUNT.

INDEX SCRIPTORUM

VEL EMENDATORUM VEL ILLUSTRATORUM.

A D D E N D A.

Pag. 3. Fuit etiam *Critias* quidam histriotragicus auctore Alciphrone Rhet. Epistt. III, 48. *Κακὸς κακῶς ἀπόλοιτο καὶ ἄφωνος εἴη Λικύμνιος, ὁ τῆς τραγῳδίας ὑποκριτής. ὡς γὰρ ἐνίκα τοὺς ἀντιτέχνους Κριτίαν τὸν Κλεωναῖον καὶ Ἵππασον τὸν Ἀμβρακιώτην τοὺς Αἰσχύλου προπομπούς, τορῷ τινι καὶ γεγωνοτέρῳ φωνήματι χρησάμενος, γαῦρος ἦν, καὶ κιττοστεφὴς ἦγε συμπόσιον.*

Pag. 34. ad Fragm. 1. v. 10. vide Pindar. Olymp. VI, 85. (145.) *πλάξιππον Θήβαν.* cf. Boeckhii Explicatt. p. 161.

Pag. 41. v. 20. de prima syllaba in vocabulo *ὕπνος* correpta vide Iacobs. ad Anth. Palat. p. 261.

Pag. 45. *Ἐλεγεῖον*, h. l. oppositum *τῷ ἰαμβείῳ*, significat idem quod *pentameter*, unde corrigendus est Franckius in Callino p. 53 sq. cf. p. 58.

CORRIGENDA.

Pag. 8. lin. 9. rescribe ἐγοργίαζον pro ἐΓοργίαζον, quod temere admisimus, praefixo augmento.

— 25. lin. 14. post λέγει ponendum est *Colon.*

— 27. lin. 12. rescribe *floruerit.*

— 29. lin. 4. rescribe Ῥηγιοεργής.

Ibid. lin. 13. rescribe χθονός.

— 31. lin. 1. rescribe Σικελός.

Ibid. Not. v. 3. lin. 2. rescribe ἅρμα.

— 47. Not. lin. 13. rescribe *eundem Stob.*

— 50. Not. v. 7. lin. 7. rescribe *Similiter.*

Ibid. Not. v. 8. lin. 4. rescribe *divinaque.*

Ibid. Not. v. 8. lin. 5. rescribe *in vitam.*

— 60. v. 26. rescribe ψευδεῖ.

— 61. Not. lin. 5. rescribe *faMa.*

— 85. lin. 12. rescribe XI. p. 496.

— 90. lin. 9. rescribe *haud.*

— 91. lin. 6. rescribe XI. p. 463.

— 126. lin. 5. rescribe *moliUntur.*